est id qd̃ auget̃ non maneret:neq; aqua:neq; corpus qd̃ vi-
det̃ esse cõe manet idez numero:vnde etiã signãter supra
dixit:si aliqd est cõe:qr.s.nihil actu ens idem numero exi-
stens:ẜm substãtiã est cõe ei qd̃ corrũpit̃ ⁊ generat̃.℄ Oz
aũt pdictas põnes saluare in oĩ eo qd̃ auget̃:hoc enim sup
ponit̃ quasi in pncipiũ qd̃ augmẽtatio sit talis transmuta-
tio qualis supradicta est.℄ Sed videtur nihil prohibere
aliquid augeri nullo adueniẽte:pbat enim phs in quarto
T.c. physi.ꝙ sicut aliqd fit albius nõ sup addito alio albo:sed
84. per intẽsionẽ albedinis pexistentis inquãtum.s.subiectũ
reducit̃ i actu pfectioris albedĩs:ita etiã põt fieri aliquid
maius absq; additione alicuius corporis magnitudinẽ ha
bentis per hoc qd̃ materia que pus erat sub paruis dimen
sionibus:postea sit facta sub maioribus.Naz idez est sub-
iectũ magnitudini ⁊ paruitati:sicut ⁊ albi ⁊ nigri:⁊ hoc ma
nifeste apparet in rarefactione.Rarefactio autez contin-
git nõ solum trãsmutata specie:puta cum ex aqua genera-
tur aer:de quo hic loquit̃ Aristo.sed etiaz eadẽ specie ma-
nente:sicut si aer rarefiat vel cõdẽset̃.℄ Dicẽdũ est autẽ
ꝙ talis trãsmutatio nõ põt pprie dici augmẽtum:sed alte
ratio:fit.n.ẜm trãsmutationẽ passibiliuz qualitatũ.s.rari ⁊
dẽsi.℄ Uariatio aũt qualitatis aut quãtitatis se habz ex
ꝯsequẽti.Sicut ex motu qui ẽ ẜm locuz variat̃ motus:ẜm
dextrũ vel sinistrũ:nõ tñ dicit̃ motus ẜm situz:qr variatio
situs ꝯñter se habet ad variationẽ loci.℄ Deide cũ dicit.

34. ℄ Queret aũt aliquis:⁊ quid est quod auget̃:
vtruz cui apponitur aliqd:aut quod apponi-
tur.V.G.si crus qd̃ auget̃ hoc fit maius:qd̃
aũt auget cibus.Quare igitur non ambo au-
cta sunt?Maius eniz quod apponitur ⁊ cui.
Quẽadmoduz ⁊ quãdo miscens vinuz aqua:
similiter.n.plus vtrũq;.

℄ Mouet aũt aliã questionez.⁊ pmo pponit eam.scdo sol
uit eam ibi(Aut qm̃ hꝰ)Dicit ergo pmo ꝙ cum augmen
tuz fiat aliquo supaddito remanet questio qd̃ est id quod
auget̃:vtrum.s.id cui apponit̃:nõ aũt ꝙ apponit̃:vel potiꝰ
augetur vtrũq;.verbi gratia.cruri alicuius aĩalis apponit̃
aliqd.s.cibus:vtrum ergo crus augetur ⁊ fit maius.Cibus
aũt qui apponit̃ vel additur non auget̃:sed auget:qr ergo
ambo nõ augmẽtata sunt:vtrũq;.n.nõ fit maius:sed id qd̃
apponitur nõ:⁊ id cui apponit̃ sic:⁊ sicut qñ vinum miscet̃
aque videt̃ vtrũq; augeri:quia vtrũq; fit maius eodẽ mõ.
℄ Deinde cum dicit.

℄ Aut quoniã quidez huiusmodi substãtia ma
net:huiusmodi autẽ non.V.g.cibi.Quoniaz
dominans dicitur in mixtione:vt quoniam
vinum:facit eniz vini opus:sed non aque vni-
uersa mixtura.Similiter ⁊ in alteratione:quo
niã si manet caro ens:⁊ qd̃ aliqd est.Passio
autez aliqua existit eorũ que ẜz se accidẽtiũ:que
prius passio nõ existebat:alteratum est hoc.
℄ Quo modo autem alteratũ est:hoc quãdoq;
quidẽ nihil passuz:neq; alterata est substãtia:
quãdoq; aũt ⁊ illud.Sed alterans est pricipiũ
motus in eo qd̃ augmẽtatur ⁊ alteratur:in his
enim mouẽs:quoniam ⁊ ingrediẽs generatur
vtiq; magis:⁊ accipiens illud corpus.V.g.si
igrediẽs fiat vtiq; species oportet corruptum
esse hoc patiens ⁊ mouens non in hoc.

℄ Soluit questionẽ per id qd̃ supra positũ est.s.ꝙ oportet
id qd̃ auget̃ manere ẜm substãtiã.℄ Ideo ergo vinuz di-
cit̃ augeri ⁊ nõ aliud:qm̃ hꝰ quidem.s.cui addit̃:puta crus
manet substãtia:hꝰ aũt.s.qd̃ addit̃ puta cibus.Cõuertitur
enĩ in subaz eiꝰ qd̃ nutrit̃ ⁊ auget̃:⁊ qr in obiectione fiebat
mẽtio de mixtione:ostẽdit etiã i mixtione simile esse.Naz
id cuius substãtia manet dicit̃ esse dans in mixtione:sicut
dicitur esse vinũ:quãdo parꝫ de aqua admiscet̃ multo vi-
no:⁊ hoc apparet ex ppria opatione que est euidẽs signuz
speciei:tota.n.mixtura facit operationẽ vini.s.calefacien-
do ⁊ ꝯfortãdo:non aũt facit opus aque:⁊ simile est de alte-
ratione:quia si pmanet caro:⁊ qd̃ qd est:idest quiditas seu
species eius aliqua autem passio de numero per se accidẽ-
tium adueniat que pus non erat id qd̃ pmanet dicit̃ alte-
ratum:⁊ simil'r opz id qd̃ auget̃ pmanere:id autẽ quo ali-
quid alterat̃.s.alterãs:qñq; in nullo trãsmutatuz est:neq;
ẜm passionem:neq; ẜm substãtias:sicut ꝯtingit in his que
agũt:⁊ nõ patiũtur:sicut corpora celestia:qñq; vo ⁊ ipsum
alterans patit̃ ⁊ transmutat̃:sicut in corporibus iferioribꝰ
que agũt:⁊ patiuntur adinuicem:vt infra patebit.Sed in
motu augmẽti virtus alterãs:⁊ que est pncipiuz motus se
habz ex parte augmẽti:qd̃ tamẽ ita alterat:ꝙ etiã alterat̃
in his enĩ que augent̃ est pncipiũ motus augmẽti.s.ad alte
randum ⁊ cõuertẽdum cibum qui addit̃:quia si hoc nõ es-
set cibus igrediẽs corpus:⁊ sic magis generaret̃ acciperet
ad suam naturã:id corpus cum ingrederet̃:puta cum spũs
idest vẽtus seu aer ingredit̃ vẽtrem:⁊ facit eum maiorem
vel spũs.i.aĩa ingredit̃ corpus:⁊ conformat ipsum sibi:sed
non est ita:quinimo cibus ingrediẽs corpus patiẽdo a cor-
pore animalis corrumpitur conuersum in corpus anima-
lis:⁊ principium mutationis non est in hoc qd̃ additur:sed
in eo cui additur.



Uoniam autẽ de his quesitũ est suffi 3
cienter opz questionis tentare solu-
tionem inuenire.Saluãtes manere
id quod augetur ⁊ adueniente aliquo
augeri:recedente autem diminui:adhuc autez
quodcũq; signum sensatum:aut maius:aut mi
nus generatum est:⁊ non vacuum esse corpus
neq; due magnitudines in eodem loco:neq; i
corporeo augeri.

℄ Postq̃ phs mouit dubitationẽ de eo quo aliqd auget̃:⁊
soluit dubitationem interpositam.hic accedit ad soluen-
dum dubitationem pncipalem:⁊ pmo soluit dubitationẽ.
secũdo ostẽdit dubitatione remota quomodo fiat augmẽ
tum.ibi.(Maius autem totuz).circa pmuz duo facit.pri
mo ostendit qualis debeat esse solutio.Secũdo ponit solu
tionem.ibi.(Suscipiẽdum).Oportet autẽ ꝙ vera solu-
tio includat omnia que sunt de rõne rei:⁊ omnia impossi-
bilia excludat:⁊ ideo pmo ostendit quomodo intẽdit sal-
uare omnia que sunt de ratiõe augmẽti:⁊ dicit ꝙ quia suf-
ficienter quesituz est de predictis.oportet tentare:idest ad
hoc conatum apponere:vt inueniatur talis solutio que-
stionis:qua soluantur tria que supradicta sunt de ratione
augmenti:quorum primum est qd̃ id quod augetur per-

maneat. Secūdū est q augmētū fiat adueniēte aliquo: et diminutio aliquo recedente. Tertiū ē q qolibz signū sen satū.i.quelibet pars sensibilis eius qd augetur fiat maior in augmēto aut minor in diminutiōe. Scdo ostendit quo modo itendit tria ipossibilia vitare. primo qdem vt nō ponamus corpus qd augef esse vacuū. 2° vt nō ponam⁹ duas magnitudines vel duo corpora esse simul. 3° vt nō ponam⁹ augmētū fieri per additionē alicui⁹ in corpei vr.n. suppositis predictis suppositionib⁹ alter hor icōueniētiū ex necessitate sequi. si eni augef: quelibet pars eius qd augef: et nihil augetur nisi adueniente aliquo: op3 q cuilibet parti eius qd augetur aliquid adueniat. si ergo id qd aduenit nō est incorporeū op3 duo corpora esse sil' nisi ponat corp⁹ qd augef esse vacuū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Suscipiendū igitur causam determinantes prius vnumquodq. quoniam anomiomera augeatur cū omiomera augentur: cōponitur eni ex his vnūquodq. ¶ Deinde quidem caro et os et vnaqueq talium partium est duplex. Quemadmodum et aliorum in materia speciem habentium. Etenim materia dicitur et species caro aut os.

¶ Soluit dubitationē et prio pmittit quedā necessaria ad questionis solutionē. scdo ponit solutionē ibi. (Qualēcūq ergo partē.) Circa primū pponit duo. circa quor primum dicit q op3 suscipere causā: p quā et predicta soluant et icōueniētia vitenf: ita tn̄ q determinemus quedā pri⁹. Quorum vnū est q omiomera. idest mēbra dissimiliū partiū. puta manus aut pes et similia: augenf per hoc q partes augentur: quas omiomera vocat sicut sunt caro et os et hō. Et hui⁹ rōnem assignat q2 vnūqdq mēbrū dissimiliū partiū augetur ex his que sunt similiū: sicut man⁹ ex carne et osse et neruo: et ideo oz qd per augmētū partiū augeaf totū. Secundo ponit q caro et os et vnaqueq talium partium q̄ primū dicaf augeri est duplex. sicut cōtingit in omnib⁹ q̄ habent speciem in materia. Na3 caro vel os potest dici vl' vt materia carnis vel vt species carnis. Hoc quidā itellexerunt sic q aliqua caro signata ess3: que est secūdū materiā: et alia que est scdz spēm. dicūt enim q caro vel os vel qcqd est hō dicitur esse fz speciem: ex eo q' ē generatū ex' primo humido seminali: in quo primo fuit virtus spēi. caro autē secūdū materiā dicitur ex eo q generaf ex humido nutrimentali: qd quidem aduenit primo humido substātiali sicut materia quedam eius prout primū humidum extēditur per alia mēbra: admixto sibi secūdo humido ad hoc vt compleatur quātitas rei viuētis et oīum partiū eius: et hec fuit opinio Alexādri. vt dicit Auic. in expositione huius loci quem plures postmodum secuti sunt: sed hoc nō potest stare cum verbis Ar. que hic dicuntur. dicit enim q caro et os et vnaquaq talium est duplex. s. fm materiā et speciē: queadmodum et alior in materia speciē habentiū. Manifestum est aūt q speciem in materia habent non solum ista que generantur ex semine et que nutriuntur in quibus predictus intellectus posset aliqualiter sustineri: sed etiā corpora inanimata sicut sunt lapides aurum et argentum. vult ergo Ar. q in carne et osse dicitur species et materia sicut in lapide et auro: in quibus non humidum substantiale et nutrimentale. Et ideo dicendum est fm itentionē Ari. q eadem caro dicitur secūdū speciem prout in ea considerat id qd pertinet ad speciem carnis: et secūdū materiam: prout in ea cōsideratur id qd est materie: et eadē ratio ē de oib⁹ alijs cōpositis ex mā et forma. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Qualēcūq igitur partē augmentari. et adueniente aliquo fm quidem speciem est contingēs fm autem materiam nō est.

¶ Ponit solutionem. et primo ponit eam. secundo manifestat per exēplū ibi. (Op3 autem itelligere) Tertio cōcludit epilogādo sūmam solutionis ibi. (Quapropter est quidē) Dicit ergo prio q hoc qd supra dictū est: q quelibet pars augef: ei⁹ qd augef et q vnūqdq augeaf adueniēte aliquo ē verū si accipiatur pars scdm spēm. Nam cuilibet parti fm spēm cōsiderate additur aliquid tanq̄ pmanenti: et ita quelibet pars scdm spēm considerata augetur nō aūt cuilibet parti scdz materiā cōsiderate fit additio: sed nō qlibet pars fm mā3 cōsiderata augef. dictū enim ē q id qd augetur op3 pmanere. nō aūt pmanet quelibet pars scd3 mām cōsiderata: sed solū scdm spēm. ¶ Deide cū dicit.

¶ Op3 aūt intelligere quemadmodū si aliquis mensurabit eadem mensura aquam. Semper eni3 aliud et aliud quod generatur. sic vtiq augmentatur materia carnis: sed non partium cuicq aliquid aggeneratur. Sed hoc quidem defluit: hoc autem aduenit. Forme autem et cuicq speciei particule. 36.

¶ Manifestat solutionē ppositā p exēpla: et primo ponit manifestationē. scdo ostēdit in qb⁹ partibus dicta solutio fit magis manifesta ibi (In omiomeris.) Dicit ergo pmo. q op3 itelligere qd dictū est de carne scdm spēm et secūdū materiā si quis mensuret aquā eadē mēsura: ita tamē q semp sit alia et alia aqua. puta si ex vase pleno aq̄. guttati aqua effluat et guttatī semp ifundaf. erit.n. semp idē q̄tū ad mēsurā aq: nō tn̄ quo ad mām aq. sic aūt operaf spēs ad mām sicut mēsura ad mēsuratum: eo q forma ē finis māe vt dr in 2° physic. sic.n. op3 itelligere q spēs carnis pmaneat eadē tanq̄ mēsura qdā: nō tn̄ semp pmaneat eadem mā i qua talis spēs suscipif. Est et sil'e de fluuio q semp manet idē q̄tū ad spē3 fluuij: mālis tn̄ aq̄ semp est alia et alia. simile ē etiā i igne: cui⁹ spēs et figura semp manet: sed ligna in qbus mālīter ignis ardet cōsumunf: et alia apponuntur idē et apparet in populo ciuitatis: q semp manet idē scdm id qd ē spēi: q̄uis hoīum ex qb⁹ cōstituif populus: qdā moriātur: et qdā succedāt: et semp pmanet id qd ptinet ad spē3 carnis: licet mā in quā fundaf talis spēs paulatim cōsumatur p actionē caloris: et alia d nouo adueniat p nutrimētū. sic ergo qn̄ aliquod corp⁹ augef augmentaf quidem mā carnis: q2 plus generaf p nutrimētū q̄ perdaf p actionē caloris: et ita multiplicata mā vis augmētatiua q̄ pertinet ad spēm excedit pportionabiliter totā mām in maiorem quātitatē: nō tn̄ ita augmētatur materie carnis q cuilibz parti materie aliquid addatur: q2 neq quelibet pars materie manet: sed quedam defluit consumpta. s. per calorem et quedam aduenit: restituta. s. per nutrimentū: et ita nō oportet incorporea esse: neq esse corporea omnino simul: neq corpus qd augetur esse vacuum: quia nō plus fuit id qd restituitur per alimentum q̄ id qd fuit per calorem cōsumptum virtus eni3 caloris naturalis q̄ pertinet ad speciē restituit id qd aduenit in locum eius qd peryt. si autem fuerit plus qd ex alimento generatū est virtus naturalis extēdit id in maiorem quantitatem secundū aliquam dimensionem et ita occupat maiorem locū: sed q2 spēs semper manet necesse est dicere qd cuilibet parti forme vel speciei aliquid aduenit et quelibet augeatur. ¶ Neq propter hoc sequitur duo corpora esse in eodē loco quia forme et speciei nō debetur locus nisi ratione materie i qua fundatur que est proprie subiectum quantitatis dimensiue. si autem intelligatur caro fm speciem q̄ est generata ex humido sub-

stantiali. caro aūt scd̄m mām que est generata ex humido nutrimētali vt Alexāder posuit: videt̄ hoc vbū Ar.s. ꝙ caro secūdū mām defluit ⁊ adueniat: nō aūt caro scd̄m spēm magis eē dictā ꝓbabiliter q̄z ꝑm aliquā necessariā rōnem, cū nō necesse sit vtrūqz hūidū in vnā massaz adiūgi ad ꝑficiēdā q̄ntitatē toti⁹ cōpis: ⁊ oīnz priū ei⁹. nec p̄t ex nec̄itate ꝓbari ꝙ calor ita ꝯsumat vnū altero ꝑmanēte semp. Nō est aūt credibile ꝙ Ar. in tali re aliqd sine rōne necessaria dixiss3: vt Aueroys dic̄ i expōne hui⁹ loci. ¶ Deide cū dic̄.

37. ¶ In anomiomeris autem hoc magis manifestum. V.g. in manu quoniam ꝓportionaliter auctum est. materia enim alia ens a specie manifesta magis hic q̄z i carne ⁊ omiomeris. Iō ⁊ mortui magis vidētur esse caro ⁊ os: q̄z brachium ⁊ manus.

¶ Ostēdit in qb⁹ partib⁹ predicta solutio sit magis manifesta: ⁊ dicit ꝙ id qd̄ dictū est magis ē manifestū in omiomeris. idest mēbris dissimiliū partiū: puta manu: quā videm⁹ ꝓportionabiliter augeri: ꝓportiōabiliter autē auget̄ tota manus: ⁊ qlibet digitus: ⁊ etiā quilibet articulus. Et hoc iō q2 magis manifesta ē distinctio spēi ⁊ māe in h⁹ mēbris q̄z in carne ⁊ osse ⁊ alys mēbris silib⁹. quāto. n. sunt ꝓpinquora toti tāto plenius recipiūt ꝑfectionez forme: q̄ principaliter est actus toti⁹. vnde ⁊ opationes aīe magis manifeste sunt in dissimilib⁹ mēbris q̄z i ptib⁹ similib⁹. ⁊ iō lic3 post mortē ꝑ quātū separat̄ aīa a corpore nō solu3 remanet animal: s3
T.c.8 etiā nulla pars aīalis nisi eqiuoce vt dr̄ in 2° de aīa. tū vr̄ ꝙ magis post mortē aīalis remanet caro aut os q̄z manus aut brachium: in quib⁹ magis apparent operatiōes anime ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quapropter est quidem sic quantūcūqz carnis auctum: est autem vt non. Secūdum speciem quidē enim quodcūqz aduenit. scd̄m materiam autē generatum est non.

¶ Concludit epilogādo sūmā solutiōis. s. ꝙ quodāmodo q̄libet ps carnis ē aucta. s. accipiēdo carnē s3 spēm ⁊ quodāmodo. nō. s. accipiēdo carne3: sed mām.

38. ¶ Maius autē totū generatum est adueniente aliquo: quod vocatur cibus: ⁊ contrarium trāsmutante in eādem speciem. V.g. si sicco adueniat humidū. Cum autem aduenerit transmutatur humidum ⁊ generatur siccum. Est quidem enim sicut simile a simili augmentatur: est autem vt a dissimili.

¶ Solutis dubitatiōib⁹ q̄ erāt circa augmētū h̄ pl̄s determinat modū augmēti. ⁊ p̄io determinat qual̄r fiat augmētum. scd̄o determiat qual̄r fiat diminutio ibi (h̄ aūt spē sine mā) circa primū duo facit. p̄io oñdit qual̄r se h3 id qd̄ aduenit ad id qd̄ auget̄. eo adueniēte. scd̄o ꝯparat augmentū alys opōnib⁹ aīe vegetabilis ibi (Queret aūt aliqs.) Dicit ergo p̄io ꝙ soluta questione de ptib⁹ eius qd̄ auget̄ vtrum quelibet ps augmētat̄ vel nō: manifestū ē qd̄ totū maius ē aliquo adueniēte. puta cibo. hoc. n. adueniēs in pⁱcipio est cōtrariū ei cui aduenit scd̄m aliquā cōtrarietatē passionu3 sed postea trāsmutat̄ in eadē spē: puta si sicco adueniat id qd̄ ē a pⁱcipio humidū: qd̄ cū aduenerit trāsmutat̄: ⁊ fit siccu3: ⁊ ita quodāmodo verū est dicere ꝙ sil̄e auget̄ sil̄i. quodāmodo aūt verum est dicere ꝙ aliqd auget̄ dissimili. na3 id qd̄ augetur a principio quidē est dissimile in fine aūt simile vt dictum est. ¶ Deinde cum dicit.



Queret autem aliquis quale op3 eē ex quo augetur. Manifestu3 vtiqz: quoniam potētia ē illud. V.g. si caro potentia carne3: actu aūt aliud. Corrupto vtiqz hoc caro generatū est.

¶ Comparat augmentum alys opationib⁹ aīe vegetabilis cuius operatiōes sunt tres vt dicit̄ in 2° de aīa. s. generatio nutrimētū augmētū. p̄io ꝯparat augmētū generatōi. scd̄o nutrimēto ibi. (Quātū aūt vl̄e.) Circa primū duo facit. primo ostēdit silitudinē augmēti ⁊ generationis. scd̄o drīam ibi. (Nō igit̄ hoc ipm.) mouet igit̄ questionē circa primū q̄le oporteat eē id. i. cui⁹ forme ē id qd̄ auget̄. ⁊ ꝯcludit manifestum esse ex premissis ꝙ id quo aliquid auget̄ ē i potētia ad id qd̄ auget̄ puta si caro ē qd̄ auget̄ id quo auget̄ o3 esse in potētia carnē: q2 sicut supra dictu3 ē: id quo aliquid augetur est in principio dissimile: ⁊ in fine autē simile. ⁊ q2 nihil est i potētia ad vnu3: quin sit in actu aliquid aliud. o3 id quo augetur caro: qd̄ est i potētia ad carnē: eē actu aliqd aliud q̄z carnē: puta panis: ꝙ autē est actu aliquid: nō fit aliud nisi ꝑ prioris ⁊ sequētis generationē, corruptionē. oportet igitur augmētum fieri: corrupto eo ꝙ pri⁹ erat actu. puta pane: genito eo qd̄ augetur. puta carne. ¶ Et sic manifestum est ꝙ augmēto ꝯcurrit generatio aliqualiter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non igit̄ hoc ipm ꝑm se. Gnātio aūt esset nō augmētatio: sed qd̄ augetur hoc. ¶ Quod igitur ⁊ ab hoc est patiens auctum est: aut mixtū: quēadmodum si quis vino superfundat aquā: hoc autem potest vinum facere qd̄ mixtu3 est: quemadmodum ignis facit vstum tangēs vrēda. Ita in eo qd̄ augetur: ⁊ est actu caro quod inest augmentatiuum: adueniente potentia carne facit actu carnem. ¶ Igitur simul ente: si. n. seorsu3 generatio est. Est eni3 ita ignē facere ad existentē adiungētes ligna: sed sic quidē est augmentatio. Quando aute3 ipsa ligna per se icenduntur generatio est.

¶ Ostendit differentiam augmēti generationis dicens ꝙ in augmento fit quedam generatio carnis cum aliud sit augmētatio a generatione: sequitur ꝙ nō generetur scd̄m se ipsam idest separatim quādo aliquid generatur: quia sic nō esset augmētū: sed generatio: s3 oportet generari carnē in carnē que auget̄. sic igitur ꝓpter id qd̄ caro in eo qd̄ augetur est patiens: in eo. s. qd̄ trāsmutatur in similitudinem eius qd̄ augetur: ⁊ ab hoc. s. passo ⁊ trāsmutato augmētatū est vel id cui additur vel totum mixtu3 ⁊ est simile sicut si aliquis vino preexistenti superinfundat aqua3 hoc modo: qd̄ vinum sua virtute potest aquam commixtam conuertere in sui naturā. tunc enim dicitur esse augmētum vini: nō generatio. ¶ Cum autem liquor aliquis scd̄m se in vinu3 cōuertitur puta in vua est vini generatio. ¶ Aliud autem exemplū ponit de igne qui adurit corpora vstibilia sibi cōiuncta: ⁊ ita contingit in eo qd̄ augetur ꝙ est actu caro: cui⁹ virtus augm̄tatiua id qd̄ adurit existens in potētia ad carnem facit actu carnē: ita tū ꝙ sit simul cu3 carne preexistēte. si enim ex aliquo quod est in potētia caro seorsum fieret caro esset generatio carnis non augmentum sicut accidit cum ex virtute seminis sanguis menstruus in carnem conuertitur: ⁊ hoc etia3 accidit circa ignem. cōtingit enim qūqz ꝙ ligna igniuntur adiuncta igni preexistenti: ⁊ hoc ē au-

gmentatio ignis. quādo vero ipsa ligna incenduntur seorsum nō adiuncta alijs lignis adustis tunc est generatio.

¶ Quantuz autez qđ vniuersale quidē non generatur: quēadmodū nec aīal nec quidē homo nec aliquid singulariuz: sed vt hic vniuersale: illic autē quantuz. ¶ Caro autē: aut os: aut manus: ⁊ horū omiomera adueniente quidez aliquo quāto: sed nō carne quāta.

¶ Postq̄ phs ꝯpauit augmētū gnōni hic ꝯpat augmētum alimento. ⁊ primo ostendit quomodo se hȝ id qđ auget ad id qđ nutrit. secūdo quomodo se habet augmentum ad nutrimentum ibi. (Et nutrimentum.) Circa primum tria facit. p̊ oñdit qd sit id qđ augeꝫ. i. ꝙ sit q̄tū: ⁊ dicit ꝙ q̄tū vniuersale nō generaꝫ nec fit sicut aīal vl'e. nec homo vniuersalis: nec aliquid singularium. idest nec aliquam singularium specierum. puta nec leo vniuersalis: nec bos vniuersalis. sed sicut in illis generatur vniuersale. s. in aliquo particulari. puta cū generatur hoc animal: aut hic homo ⁊ illic. s. in augmento generatur quantuz: non quidez in vniuersali: sed in aliquo determinato: sicut cuȝ fit quāta caro aut os aut manus ⁊ his silia. Secundo ibi. (Adueniēte.) Oñdit quid sit id qđ auget. fit eniȝ augmētū adueniēte aliquo vt dictuȝ est: sed si per augmentum fieret q̄tum in vniuersali: oporteret id qđ aduenit esse q̄tuȝ in potentia: ⁊ nullo modo in actu: sed quia nō generatur q̄tum in vniuersali: sed hoc quātum. puta caro oportet id qđ aduenit esse quidem aliquid in actu q̄tum: nō autem caro quāta: sed solū in potentia. ¶ Tertio ibi.

41. ¶ Secūdum id igitur ꝙ potentia vtrūq̄. V. g. quanta caro sic auget quidē eteniȝ quantam oȝ generari: ⁊ carnem: ꝓm id enim qđ solū substātia caro nutrit: etenim sic differunt cibus ⁊ augmentatiuum ratione.

¶ Cōcludit differētiā eiꝰ qđ auget ⁊ eius qđ nutrit. ⁊ p̊mo ponit differētiam ꝙ id inq̄tum id qđ aduenit est in potētia ad vtrunq̄. puta ad hoc ꝙ sit quāta caro: vt scilicet nō solum sit aptum recipere speciem carnis: sed etiam in maiorem q̄titatem produci. per h̄ enim auget. ¶ Ad hoc. n. ꝙ sit augmētum. oportet fieri ⁊ quātuȝ: vt scilicet fiat maior q̄titas ⁊ caro: q̄ oportet id qđ aduenit in finem assimilari vt dictum est: inq̄tum vero id qđ aduenit est in potentia ad hoc ꝙ sit caro secūduȝ hoc nutrit: sic enim differūt ꝓm rationeȝ cibus ⁊ augmētatio. ¶ Nam cibus nutriens est in potētia inq̄tum cōuertitur in carnem inq̄tum aūt suscipit maiorem q̄titatem est augens. ¶ Scđo ibi.

¶ Ideo nutriꝫ qs quousq̄ saluatur: ⁊ diminuitur: augmētatur autem non semper.

¶ Infert quoddā correlarium ex eo qđ dictū est. vȝ. ꝙ aliquis nutritur quousq̄ saluatur. i. q̄diu conseruatur in vita: q̄ semper oportet restitui per nutrimētuȝ id qđ ꝯtinue soluitur. i. id qđ diminuitur oportet nutriri: nō autem semper animal augetur: sȝ q̄diu cibus cōuersus in carneȝ pōt extendi in maiorē q̄titatē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et nutrimentū augmentationi id ideȝ est quidem: esse autē aliud. Secūdum id eni qđ est id qđ aduenit potentia quanta caro augmentatiuum carnis est: ꝓm id autem quod solum potētia caro: nutrimentum.


¶ Ostēdit differētiam iter ipsum augmētum ⁊ nutrimētū. ⁊ dicit ꝙ nutrimētū est idē ipsum augmētum: esse aūt cuȝ eis aliud. quasi di. sunt idem subiecto sȝ differunt ratione: inq̄tum. n. id qđ aduenit est in potētia ad vtrūq̄. i. ad hoc ꝙ sit quāta caro ꝓm hoc est augmētū carnis. inq̄tuȝ vero est in potētia ad hoc solum ꝙ sit caro: ꝓm hoc est nutrimētum aut cibus: vt supra expositū ē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hec autem spēs sine materia: vt imaterialis potentia aliqua in materia est. Similr autez ⁊ aliud quodcunq̄ organum. Si autez aduenerit aliqua materia ens potētia imaterialis hñs ⁊ q̄tuȝ potētia: he erūt imāles maiores.

¶ Si autē amplius facere non potest: sed vt aq̄ vino semper amplius mixta in fine aquaticum facit: ⁊ aquā: tunc diminutioneȝ faciet quanti. Species autem manet. 42.

¶ Ostēdit quomodo fiat diminutio. Ad euidētiaȝ aūt horū que hic dicūtur ꝯsiderādū est ꝙ virtus speciei al'r se habet in rebus viuentibus que ꝓprie nutriuntur ⁊ augētur: ⁊ in rebus carētibus vita que neq̄ nutriuntur neq̄ augentur. corpora enī viuētia mouēt seipsa nō solum ꝓm motuȝ localē: sed etiā ꝓm motum alteratiōis. puta cū animal nāliter sanatur ⁊ nō ꝓm motū augmētationis aut generationis: presertiȝ ꝓm ꝙ nutrimētū est generatio quedā: vt dictum est: inq̄tuȝ scilicet ⁊ si nō generetur caro ꝓm se aggeneratur tamē carni preexistenti. omne aūt mouēs seipsuȝ vt ꝓbatum est in. 8. phy. diuiditur in duo: quoꝝ vnum est mouens aliud vero motū. vnde oportet ꝙ in rei veritate sit aliquid motū: qđ cōuertitur in nām speciei: ⁊ aliqd mouens. s. ipsa v̓tus speciei cōuertēs: ⁊ inde est ꝙ v̓tus speciei in rebus viuētibus nō determinat sibi aliquā mām signatam: cū vna pars effluat ⁊ alia adueniat: vt dictum est: non potest tamē v̓tus speciei eē absq̄ omni mā: sȝ hac vel in illa determinate. vt ꝓbatur in. 7. meta. in rebus tamē inātis nihil tale iuenitur nisi forte inq̄tum est in eis aliq̄ silitudo augmēti ⁊ nutrimēti. puta in igne ⁊ vino ꝑ efficaciaȝ v̓tutis actiue in eis spēi carnis vel cuiuscūq̄ hꝰ: inq̄cunq̄. Sic igiꝫ v̓tus tamē nō determinat sibi aliquā mām signatam sed nūc saluatur in hac: nūc in illa: ⁊ ē sicut species immaterialis potētia q̄tum ad hoc: ꝙ nō determīat sibi materiam signataȝ. ¶ Est tamē in mā semper aliqua: ⁊ eadē ratio ē de quocūq̄ alio organo. puta de osse aut neruo aut quocūq̄ hꝰ. si ergo aduenerit aliqua materia que sit in potentia nō solū ad hāc spēm: que quodāmodo est imaterialis: sed etiaȝ est in potētia ad maiorē q̄titatē hec etiā erūt maiores ⁊ imāles. i. ipse virtutes speciei que sunt in carne ⁊ osse ⁊ hꝰ extendenꝫ in maiorē q̄titatē: sed hoc nō semper potest fieri: q̄ virtus speciei debilitatur cū sit in mā cōtrarietati subiecta per cōtinuā actionē ⁊ passionē ⁊ per adiūctionē māe extranee que nō ita recipit v̓tutē speciei: sicut p̊us erat. ¶ Quādo ergo nō hoc amplius virtus speciei facere potest: vt scȝ tātū cōuertat de nutrimēto qđ fit in potentia nō solum ad spēm: sed ad maiorē q̄titateȝ: nec etiā ad equalem tunc fit diminutio q̄titatis: ⁊ tamē cōseruaꝫ species in q̄titate minori ⁊ finaliter etiā species cessat: sicut si aqua magis ⁊ magis vino misceatur fiet vinū aquatū et finaliter corrumpeꝫ vinū: ⁊ fiet totaliter aqua.

T.c. 41. (beside "vt ꝓbatum est in. 8. phy.")
T.c. 28. (beside "la determinate. vt ꝓbatur in. 7. meta.")



Uoniam autē oportet primuȝ de materia ⁊ de vocatis elementis dicere: siue sint: siue non: ⁊ vtrum sempiternale vnūquodq̄: aut generatur qualiter: ⁊ si generatur vtrum ex inuicem generentur omnia eodem modo: aut ꝯ aliquod primū 3.

eoꝝ vnũ est. Neċe est vtiqꝫ prius dicere de quibus ĩdeterminate dicitur nũc.

¶ Postq̃ pħs determinauit de gñatione ⁊ corruptione in cõi ⁊ de alijs sequẽtibus.s.de augmẽtatiõe ⁊ alteratiõe:icipit determiare de quibusdã que ad hec requirunť. ¶ Et pmo dat ĩtẽtionẽ suã.scdo ꝓsequiť ĩtentũ ibi.(Fere qdẽ) Circa pmũ duo facit.pmo determinat ĩtentionẽ suaꝫ.scdo ostẽdit necessitatẽ sue ĩtẽtionis ibi.(Oẽs enim qui elemẽta.)¶ Diċ g̊ pmo.ꝙ cuꝫ oporteat dicere de mã circa quã est trãsmutatio elemẽtoꝝ. ⁊ de ipsis elemẽtis ₱m ꝯtrarietates que sunt in eis. vtꝝ.s.sint aut nõ:⁊ vtrũ vnuꝫ eoꝝ sit sempiternũ ⁊ intrãsmutabile: sicut supra dicit Empe. aut generantur:⁊ si generãnť qualr generanť.vtrũ.s.generantur adinuicẽ:aut mouenť:aut est aliqđ p̃ncipium eoꝝ ex q̊ gñantur:⁊ in qđ resoluunť sicut diuersi dixerũt:vt Demo. athomos:Anaxa.ĩfinita ₱m spẽm: qꝛ inquã illa determiare debemus oꝫ p̃us determinare de quibusdã antecedentibus ad illa de qbus diciť ĩdeterminate nũc. qđ qdẽ põt duplr ĩtelligi.vno modo ꝙ pħi sui tpis ĩdeterminate ⁊ insufficiẽter dixerũt de ipsis.alio modo qꝛ de generatiõe indeterminate ⁊ cõfuse dictũ est de ipsis. ¶ Deinde cũ diċ.

¶ Omnes enim qui elemẽta generantes ⁊ que ex elementis segregatione vtunť: ⁊ cõgregatione: ⁊ facere ⁊ pati. Est autẽ cõgregatio mixtura. Quomodo aũt misceri dicimus:nõduꝫ determinatum est manifeste. ¶ Sed nec alterari possibile nec segregari ⁊ cõgregari:nullo faciente aut patiente. Etenim plura elementa facientes generant:in faciẽdo ⁊ patiendo adinuiceꝫ. ⁊ his quideꝫ ex vno necesse est dicere factionẽ: ⁊ hoc recte dicit Dyogenes: quoniã si nõ eẽnt ex vno omnia nec esset facere ⁊ pati adinuiceꝫ. V.g.calidũ infrigidari: ⁊ hoc calefieri rursus. Non enim caliditas ⁊ frigiditas trãsmutantur adinuicẽ: sed manifestũ:quoniã subiectũ. Quapropter in quibus facere est ⁊ pati : necesse est vnam horum subiectam esse naturam . ¶ Omia igitur talia esse dicere non veruꝫ:sed in quibus ꝙ adinuicem sunt est. ¶ Sed si de facere ⁊ pati ⁊ mixtura videndum:necesse est ⁊ de tactu. Non enim facere hec ⁊ pati possunt proprie q̃ non possibile adinuicem tãgere:nec non tangẽtia adinuicẽ qualiter contingit misceri primuꝫ.

¶ Quapropter de tribus his est determinandũ quid tactus:quid mixtura: ⁊ quid factio.

¶ Principiuꝫ autem accipiamus hoc. Necesse enim quibus est mixtura entiuꝫ esse hec adinuicem tangibilia: ⁊ si aliquid facit:hoc autem patitur principaliter ⁊ his similiter:ideo primo dicendum est de tactu.

¶ Ostẽdit necessitatẽ determinãdi dicẽs ꝙ oẽs pħi. tãgentes elemẽta vel ex elemẽtis generata vtunť cõgregatiõe ⁊ segregatiõe. ¶ Que enĩ ex elemẽtis generãtur ex cõgregatiõe elemẽtoꝝ generanť:q̃ vero corrũpunť ex segregatõe elemẽtoꝝ corrumpunť:q̃ etiã dicebãt agere ⁊ pati adinuicẽ.cũ g̊ cõgregatio sit q̃dã mixtura:oꝫ de mixtura determinare.qualr.n.fiat mixtio ⁊ qd sit: nõ est adhuc manifeste determinatũ.cũ aũt nec alteratio nec cõgregatio vel segregatio possint fieri sine actiõe ⁊ passione: oꝫ p̃us determinare de actiõe ⁊ passiõe:illi.n.qui ponunt plura p̃ncipia dicunt eẽ generationẽ p actionẽ ⁊ passionẽ elemẽtoꝝ adinuicẽ.silr ⁊ illi q ex vno mãli p̃ncipio dicũt aliq̃ fieri nec habẽt ponere agere ⁊ pati:iõ recte dixit Diogenes cũ dixit.ꝙ nisi ex vno mãli p̃ncipio fierẽt oĩa:ĩpossibile eẽt aliq̃ adinuicẽ trãsmutari. alr.n.nõ posset calidũ frigefieri nec frigidũ calefieri nisi subesset vna mã.ĩpossibile est.n.ꝙ frigiditas sit caliditas vel ecõuerso: sꝫ oꝫ ꝙ habeãt vnũ cõe subꝫ p qđ possint adinuicẽ trãsmutari. quapp q̃ agũt ⁊ patiunť adinuicẽ neċe est habere vnã subiectã mãm:q̃ sit susceptiua ꝯtrarioꝝ. Nõ tamẽ oĩa agẽtia ⁊ patiẽtia sunt talia.s.habẽtia vnã mãm:sꝫ solũ illa que agũt ⁊ patiunť adinuicem. sunt.n.aliq̃ q̃ agẽdo nõ patiunť sic sube sepate ⁊ corpa celestia:q̃.s.corpa lꝫ patiãť:vtpote q̃ moueť tñ ñ patiũť ab his q̃ moueť ab eis.vlteri⁹ ãt cũ mixtio ⁊ faceř ⁊ pati ñ possint fieri sine tactu:ea q̃ adinuicẽ nõ se tãgũt nõ possunt adinuicẽ agere ⁊ pati:iõ determinãdo de ipsis:oꝫ de tactu tractare. ĩter ista aũt tria p̃us determinãduꝫ de tactu:qꝛ tactus p̃or est.seqtur.n.ad ista duo:sꝫ nõ ecõuerso. Neċe.n.est ꝙ ista q̃ misceanť adinuicẽ se tãgãt:sed nõ ꝯuertiť. silr si aliqd agit ⁊ patiť ab eo:neċe est ẽt ꝙ ista se tãgãt sꝫ nõ cõuertiť. Cũ ergo pmũ sit a quo nõ cõuertiť ꝯñtia:pmũ ĩter tria dicẽdum de tactu. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fere quidem igitur ⁊ aliorum nominuꝫ vnũquodqꝫ dicitur multifariam: ⁊ hec quidẽ omonyme: hec autem altera ab alteris ⁊ prioribus: sic habet ⁊ de tactu. 44

¶ Prosequtur ĩtentuꝫ:⁊ circa hoc tria facit ₱m ꝙ de tribus determinat.pmo determinat de tactu.scdo de facere ⁊ pati ibi.(Uero de facere ⁊ pati.)tertio de mixtiõe ibi.(Reliquũ aũt vidẽdũ.)Circa pmũ duo facit.pmo distinguit hoc nomẽ tactus.scdo ĩcipit agere de ipso ibi. (Sꝫ tamen p̃ncipalr.)Dicit g̊ p̊ ꝙ tact⁹ diť multiplr:sic fere vnũqđqꝫ alioꝝ nominũ.q̃dã.n.dicunť equoce:q̃dã analogice ⁊ trãsumptiue siue metaphorice:ita ẽt tactus diciť ꝓprie ⁊ trãsumptiue. dicit aũt fere: qꝛ forte nõ omnia dicũtur multipliciter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sꝫ tamen principaliter dictuꝫ existit in habẽtibus positionem . positio autem quibus ⁊ locus. Etenim in mathematicis similiter dandũ est tactum ⁊ locum. siue est separatum vnumquodqꝫ eorum: siue alio modo.

¶ Prosequtur de tactu:⁊ pmo de tactu ꝓpe sumpto.scdo de tactu sumpto trãsumptiue ibi(Est qñ aut mouẽs.)Circa pmũ duo facit.pmo inuestigat diffõnem tactus. scdo inuestigatã cõcludit ibi(Determiato igitur.)Circa pmũ põit cõditiones q̃ reqrunť ad tactũ.Est autẽ tactus:vt ĩfra ponet: in habẽtibus positionẽ quoꝝ vltima sunt simul mouẽtib⁹ ⁊ motis actiuis ⁊ passiuis adinuicem. pmo ergo manifestuꝫ supponit cõcludẽs pmã cõditionẽ.dicẽs ꝙ tactus ꝓprie ⁊ p̃ncipalr dictus est in habẽtibus positionẽ.positio aũt non est nisi in habẽtib⁹ locũ:⁊ ideo cũ mathe^ca^.habeãt positionẽ siue sint sepata ₱m rem siue ₱m rõneꝫ tãtũ:habẽt ẽt locũ. ¶ Nã sic diċ Cõmẽtator sup loco isto:licet mathe^ca^ abstrahantur ab alijs accidẽtibus.s.a motu ⁊ mã:ĩpossibile ẽ tñ ea imaginari sine loco:cuꝫ corpus nãle nõ sit in loco nisi ₱ꝫ suas dimẽsiões:⁊ nõ p alia accidẽtia. locus g̊ ĩseparabilis est a mathe.corporibus:ipsis tñ nõ ꝯtingit locus ⁊ tact⁹ nisi p quãdaꝫ silitudinẽ ad nãlia.nulla.n.vere sunt in loco nisi nãlia ₱ꝫ eẽ accepta in qbus sunt mathe^ca^.₱m eẽ suũ:et iõ ẽt in ipsis habẽt locũ ⁊ tactuꝫ nec accipiunť hic ₱m ab- T.c. 44

ſtractionē eēntiā: qꝛ talis ↄſideratio nō ē nāl': ſʒ mathe^ca. ⁊ iō locus ⁊ tact⁹ ↄuenit eis ſm ꝙ talia ꝑ poſterius. Scđo ibi. (Si ğ eſt vt determinatuʒ.) Ponit ſm cōditionē. d. ꝙ
T.c. 22. ſi ita eſt vt dcm̄ eſt in. 5. phy. ꝙ tāgere eſt habere vltima ſil' illa ſe tāgunt q̄ habēt determinatas magnitudines ⁊ poſitionē ⁊ quoꝝ vltima ſunt ſil'. ⁊ ita eſt ſcđa ↄditio. ſ. hr̄e vltima ſil'. Tertio ibi. (Qm̄ aūt poſitio.) Inueſtigat tertiā cōditionē. ſ. ꝙ tact⁹ ē in mouētibus ⁊ motis. d. ꝙ poteſt in habētibus locū: ⁊ qꝛ p̊me dr̄ie loci ſunt ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ: vt dr̄
T.c. 8. in. 2. de celo. neċe eſt vt q̄ ſe tāgūt ſint ſurſuʒ aut deorſum Ideo q̄ ſe tāgūt ſunt grauia aut leuia aut ambo: ſic̄ elemēta media q̄ ſunt grauia ⁊ leuia ſʒ diuerſos reſpectus: vt dicitur in 4° de celo: aut alteꝝ eoꝝ: ſic̄ extrema: quoꝝ alterū eſt ſimpl'r graue ⁊ alterū ſimpl'r leue. Oīa aūt talia dū tangunt ſe agūt ⁊ patiunt̄ adinuicē. ℂ Quapꝑ cōcludit manifeſtū eē ꝙ illa ꝓprie ſe tāgūt quoꝝ diuerſe ſunt magnitudines. ⁊ ſil' hn̄t vltima que mouēt ⁊ mouent̄ adinuicē ꝑ virtutē iſtoꝝ vltimoꝝ. Quarto ibi. (Qm̄ aūt mouēs.) Inueſtigat quartā ↄditionē q̄ eſt ꝙ tactus eſt in actiuis ⁊ paſſiuis: ⁊ dicit qꝛ nō oē mouēs mouet̄: ſʒ qđdaʒ eſt mouēs motuʒ: quodā aūt mouēs imobile ⁊ hoc dupl'r. aliqd. n. ſimpl'r nullo modo mouet̄ ſicut mouēs p̄mū: aliquod aūt mouēs nō mouet̄ a moto: licet moueat̄ ab aliquo: ſm quorundā extimationē agens ēt īuenit̄ in iſtis duobus modis: qꝛ quidaʒ dicūt ꝙ actus mouētis eſt qđdā facere ⁊ ecōuerſo ꝙ act⁹ facientis eſt qđdā mouere: qđ tamē falſuʒ eſt. differūt enī mouēs ⁊ faciēs quoꝝ dr̄iam oꝫ nos determinare. ſi. n. nos dicimus ꝙ faciēs opponit̄ ſm ſuam ſpēm patiēti: tunc cuʒ ↄ̄ria nata ſint fieri circa idē: oꝫ ꝙ faciēs patiatur cuʒ tāgat ipſuʒ. h aūt ſunt qbus motus eſt paſſio. i. qbus mouēdo patiunt̄ ſm alterationē aliquā. alteratio aūt ſola ē ſm paſſiones. i. paſſibiles q̄litates: vt ſm calidū vel frigidū. cum ergo calidū ↄ̄riet̄ frido ⁊ albū nigro: ⁊ ſic in alijs duo poſſunt ↄcludi. ſ. ꝙ agens ⁊ patiēs habēt ↄ̄rias q̄litates. Scđm eſt ꝙ cū nō omne mouens ſit tale: nō omne mouens eſt agēs: in plus ğ erit mouere q̄ꝫ agere. Ex his ğ q̄ dicta ſunt cōcludit corrolariuʒ qđdā dicēs ꝙ mouētia imobilia tāgūt ip̄a mobilia. ē aūt vt ſic. eſt aūt vt nō. ſic tāgūt per vltimū virtutis egrediētis ab eſſe eoꝝ: ſed nō tangūt per vltimuʒ ſue q̄titatis tātū: qꝛ ſi ſunt imobilia ſimpl'r vt ſube ſeꝑate non habēt vltimū. ſi vero ſint ab his que mouēt imobilia: ſicut aſtra nō mouent̄ a terra quā mouēt: ⁊ tunc nō habent vltima ſimul cū vltimis illoꝝ que mouent̄. ℂ Ad euidentiaʒ illoꝝ que hic dicunt̄ cōſiderādū eſt ꝙ agens ſiue faciens pōt ſumi dupl'r. vno modo cōmuniter ꝑut. ſ. v̄tus alicuius ꝓcedit quocūq; modo in id qđ ſubijcit̄ ſibi: ⁊ hoc modo ſuperius eſt ad mouens. Alio modo poteſt ſumi nāliter. ſiue phyſice. ⁊ hoc modo in minus eſt q̄ꝫ mouēs ⁊ opponit̄ ſm ſuā ſpēm patientē. ℂ Deīde cū dic̄.

ℂ Si igitur eſt vt determinatuʒ eſt prius tangere vltima habere ſimul: hec vtiq; ſi tangunt adinuicem quecunq; determinatas magnitudies ⁊ poſitionem habentia ſimul habent vltima.

ℂ Quoniam autem poſitio quidem in quibus ⁊ locus exiſtit. Loci autem differentia ſurſum ⁊ deorſum prima: ⁊ talia oppoſitoꝛuʒ omnia ad ſeinuicem tangētia grauedinem vtiq; habēt aut leuitatem: aut ambo: aut alteruʒ. Talia autem paſſibilia ⁊ actiua. ℂ Quapꝛopter manifeſtum eſt: quoniam hec tangere nata ſunt adinuicē. quoꝝ diuiſis magnitudinibus ſimul vltima ſunt. exiſtentib⁹ motibus ⁊ mobilibus adīuicē.

ℂ Quoniam autē mouens non ſimiliter mouet qđ mouetur. Sed hoc quidem neceſſe eſt motum: ⁊ ipſum mouere. hoc auteʒ imobile ens. Manifeſtuʒ qm̄ in faciente dicemus ſimiliter. 45.

ℂ Eteniʒ mouens facere aliquid inquiunt ⁊ faciens mouere. Sed tamen differunt ⁊ opoꝛtet determinare. Non eniʒ poſſibile ⁊ mouens oē agere ⁊ facere: ſi facere opponit̄ patienti. Hoc autem in omnibus in quibus eſt motus: paſſio autem eſt ſm ꝙ alteratur ſoluʒ. verbi gratia. calidum ⁊ albuʒ. Sed mouere ampli⁹ q̄ꝫ agere ē.

ℂ Illud igitur manifeſtuʒ eſt quoniaʒ eſt quidem vt motiua imobilia tangunt: eſt autem vt ſic: eſt auteʒ vt non ſic: ſed determinato tangere vniuerſaliter quidē: qđ eſt poſitionē habentiū. Et hoc quidē motiuo. hoc mobili. Adīuicē aūt motiuo ⁊ mobili: in qb⁹ exiſtit agere ⁊ pati.

ℂ Eſt quidē igit̄ vt [illegible] multū tact[illegible] qđ tāgit tangens. Eteni mouēt mota oīa fere: q̄ in ↄſpectu nr̄o qbus neċe ē ⁊ vi tactū tāgere qđ tangit.

ℂ Cōcludit inueſtigatā diffōnem tactus dicēs ꝙ determinat̄ vel diffinitur ipſum tāgere vl'r ꝙ eſt in habētibus poſitionē mouētib⁹ ⁊ motis a ſeinuicē actiuis ⁊ paſſiuis ⁊ ex hoc cōcludit vlterius qđdā corrolariū ꝙ frequētius ⁊ foꝛtius dicit̄ eſſe tactū oē agens nāle qđ tāgendo tangitur: qꝛ fere oīa que ſunt in cōſpectu nr̄o circa locuʒ actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ mouēt mota in quibus neceſſario videtur eſſe tact⁹. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Eſt auteʒ vt aliquādo inquimus mouens tāgere ſolum id qđ mouet̄. Quod tangit̄ autem non tangere qđ tangit. Sed que mouent mota quia homogenea: neceſſe videt̄ eſſe quod tangitur tangere. ℂ Quapꝛopter ſi quid mouet immobile ens: illud quidē tangit quod mouetur: illud aūt non. Inquim⁹ enim aliquando triſtāteʒ tāgere nos: ſed nos nō eū. De tactu qdē igr̄ in naturalib⁹ determinatū ſit hoc modo.

ℂ Determinat de tactu impꝛopꝛie dicto dicens: ꝙ ſicut inquimus. ideſt dicimus quoddam eſſe mouens quod ſoluʒ tangit id quod mouet̄. ſed id qđ tangit̄. ſ. ip̄m motuʒ non tāgit tāgens. i. mouens: ⁊ in talibus eſt tactus ip̄ꝛope ſumptus: ⁊ iſta ſunt que nō ſunt vni⁹ generis phyſici. ℂ Sʒ illa que ſunt homogenia. i. vni⁹ generis nālis mota mouēt. ⁊ in talibus neceſſe eſt ꝙ tactum tāgat tāgēs: ⁊ ſi eſt aliqđ mouens imobile tāgit id qđ mouet: ſed nō tāgitur ab eo ⁊ eſt ſimile ſicut inquimus. i. dicimus aliqñ ꝙ ↄtriſtans tetigit nos. vtputa nō tetigimus contriſtantē qñ aliquis dicit verbū iniurioſum. vnde ↄtriſtamur ſed nos nō tetigimus cōtriſtantem. Ulterius epilogat dicēs ꝙ de tactu in naturalibus dictuʒ eſt hoc modo.

ℂ De facere ⁊ pati dicendum deinceps. Suſcepimus enim a pꝛioꝛibus ſubcontrarios ſermones adinuicem. multi quidem enim dicunt concorditer: ꝙ ſimile quidem a ſimili omne impaſſibile eſt pꝛopter non magis actiuū q̄ꝫ paſſiuū eſſe alterum ab altero. Omnia eni ſimiliter exi 46.

stunt hec similibus. Dissimilia autē ⁊ differentia ⁊ facere ⁊ pati adinuicez sunt innata. ¶ Eteniz quādo minor ignis a maiori corrūpitur: ꝓpter ꝯtrarietatē hoc iquiūt pati. Cōtrariū enim esse multuz pauco.

47. ¶ Democritus aūt vltra alios dixit solus singulariter. Inquit eniz idem ⁊ simile esse faciens ⁊ patiens: quia altera ⁊ differentia nō cōtingit pati abinuicē. ¶ Sed si altera entia faciunt aliqd adinuicē: nō ꝑm ꝙ altera: sed ꝑm ꝙ idez aliquid existit. Sic hoc accidere eis. Que dicuntur igitur hec sunt

¶ Postq̄ phs determinauit de tactu ꝙ est vnuz de tribus necessarijs ad pn̄cipale ꝓpositum hic incipit determinare de facere ⁊ pa.: ⁊ est rectus ordo: q2 sic̄ tactus p̄cedit actionē ⁊ passionē eo ꝙ agentia: ⁊ patientia necesse est ꝙ adinuicē se tāgāt ita agere ⁊ pati p̄cedit mixtionē eo ꝙ admixtionez necesse est ꝙ aliquid agat ⁊ aliqd patiatur vt infra dicetur: ⁊ iō ante mixtionē determinat de agere ⁊ pati. Circa hoc duo facit. pmo determinat de agere ⁊ pati. scđo de modis agendi ⁊ patiēdi ibi. (Quō aūt ꝯtingat.) Circa primū tria facit. pmo ostēdit q̄ ⁊ qualia sunt actiua ⁊ passiua. Scđo determinat de modis eoꝝ ibi. (Eodē mō suscipiendū est.) Tertio ostendit ad quas causas ipsa actiua ⁊ passiua reducātur ibi. (Est enī factio cā vn̄ pn̄cipiū.) Circa primū tria facit. pmo ponit opiōnes alioꝝ de ipso facere ⁊ pati. scđo manifestat oñdēdo cās ꝯrietatis ipsius ibi. (Uidētur autē hoc modo.) tertio ponit opiōnē suā ibi. (Sed qm̄ nec qđcūq3 īnatuz est.) Circa pmū ponit vnaz opinionē dicēs ꝙ postq̄ determiatū est de tactu dicēdū est de facere. ⁊ pati prius tamē videnduz est qd de ipso dixere priores phi. vident̄ .n. eoꝝ opiniones de fa. ⁊ pati esse cōtrarie. nā multi cōcordauerūt in hoc ꝙ ea que agunt ⁊ patiunt̄ adinuicē necesse est penitus esse dissimilia. Cuius rōnē assignabant dicētes ꝙ iter similia: vnū nō hab3 magis rōnē agentis q̄ aliud nec ecōuerso. vn̄ nō h3 magis rōnē patiētis q̄ aliud. oīa .n. ħ. s. agere ⁊ pati sil'r in eodē mō īsunt his q̄ sunt sil'ia. s3 illa q̄ sunt dissimilia ⁊ differūt in formis ⁊ q̄litatibus nata sunt agere ⁊ pati adinuicē. ¶ Siquis aūt obijceret ꝯ eos .d. ꝙ similia ⁊ agunt ⁊ patiuntur adinuicē: sicut multus siue magnus ignis corrūpit paruū ignē: q2 sunt similes ⁊ vnius nāe. ¶ Rn̄dent ꝙ hoc nō est ꝓpter similitudinē quaz habēt: s3 est ꝓpter ꝯrietatē in q̄titate ipsoꝝ. magnū enī cōtrariat̄ paruo. ¶ Scđo cū dicit (Demo. aūt) ponit aliā opinionē que pme videt̄ eē ꝯtraria: ⁊ est opinio Demo. qui in hac opinione fuit singularis ⁊ solus. Dixit eniz ꝙ agens ⁊ patiens est oīno idē ⁊ simile: q2 q̄ sunt diuersa ⁊ dissimilia. nec agunt nec patiunt̄ adinuicē: s3 si cōtingat ꝙ aliqua diuersa ⁊ dissimilia agāt ⁊ patiantur adinuicē. hoc nō est inq̄tū diuersa: s3 inq̄tum aliquo mō sunt idē ⁊ sil'ia. hec ḡ sunt q̄ accepim⁹ ab antiqs de ipo facere ⁊ pati. ¶ Deide cū dic.

48. ¶ Uidentur autē hoc modo dicentes subcōtrarios dicere sermones. Causa autē cōtradictionis est: quoniā opportunū totū aliquid inspicere partē aliquā dicunt ambo. ¶ Simile eniz ⁊ omnifariā ⁊ oīno idifferens rōnabile est nō pati a simili. Nihil quidē enim magis actiuuz erit alterū q̄ alterū. ¶ Sed si simile a simili pati aliquid possibile: ⁊ ipsuz a seipso. Quāuis his entibus ita: nihil vtiq3 erit neq3 incorruptibile: neq3 imobile. Sed si simile ꝑm ꝙ simile actiuum. Ipsum enim seipsum mouebit omne.

¶ Et omnifariaz alterū: ⁊ nullatenus idez simi- 49.
liter. Neq3 enim patietur albedo a linea: aut linea ab albedine preterq̄ secūduz accidens: puta si accidat albaz siue nigrā lineaz esse. Non exterius eniz ipsa seipa a natura faciunt quecunq3 neq3 cōtraria: neq3 ex cōtrarijs sunt.

¶ Manifestat pmas opiniōes ostēdendo cām ꝯrietatis in ipsis. d. ꝙ antiqui philosophi vident̄ dicere subcōtrarios sermones: qui iō dicunt̄ subcōtrarij: q2 quodāmō sunt veri: ⁊ quodāmō falsi. vn̄ aliqual'r ꝯpatiunt̄ se adinuicē: sicut cōtrarie ꝓpositiōes. causa autē diuersitatis ⁊ cōtrarietatis istaꝝ opinionū est: q2 cū oporteat cōsiderare nām actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ ex vtraq3 pte. s. tā ex parte terminoꝝ q̄ ex parte subiecti siue tā ex parte māe q̄ ex pte forme: qđ idē est: cōsiderauerūt tm̄ vnā ptem. ⁊ iō in parte verū dixerunt: ⁊ in parte falsuz. pmi .n. qui dixerūt actiua ⁊ passiua oīno dissimilia ꝯsiderauerūt ea tm̄ ex pte terminoꝝ siue formarū ⁊ in hoc bene dixerūt: q2 nō est cōueniēs ꝙ oīno sil'e in mā ⁊ in forma patiat̄ ab oīno sibi simili in mā et in forma: qm̄ sic̄ antiqui dicebāt nullū corp⁹ est dignius agere in alteruz q̄ alterū: alia ēt rōe īducebant̄ ad hoc ponēdū: ꝙ si simile agit in simile: et vbi maior sil'itudo magis ibi est rō actiōis ⁊ passionis. Sed cū nihil sit similius alteri q̄ idem sibiipi idem a seipso patietur ⁊ seipsum corrumpet. nihil ergo īcorruptibile nihil immobile erit. Qui vero dixerunt actiua ⁊ passiua esse similia: cōsiderauerunt ea solū ꝑm mā3: ⁊ q̄tū ad hoc bene dixerunt: q2 id qđ est oīo alterū: ⁊ nullatenus idem nō aget in alterū nec patietur ab eo. īpossibile est enī ꝙ ea que nō cōicant in mā agāt ⁊ patiātur mutuo: ⁊ ponit exemplū de linea ⁊ albedine que cū nō cōicant in materia īpassibilia sunt adinuicē: nisi forte per accidēs adinuicē patiantur: sic̄ qn̄ linea fit alba vel nigra: ⁊ ꝙ talia nō sint adinuicez actiua ⁊ passiua p3 ex hoc ꝙ illa que nō sunt ꝯria nec ex cōtrarijs nō faciūt seipsa adinuicez exterius a natura. i. nō trāsmutant se adinuicez vel corrūpunt̄. Cu3 .n. illud qđ corrumpit̄ vel generatur īduat aliam formā dicit̄ fieri exterius a natura. i. a forma quā prius habebat que dr̄ natura vt dicit̄ in 2° phy. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed quoniaz non quodcūq3 īnatuz est pati ⁊ 50.
facere: sed quecūq3 aut cōtraria sunt: aut contrarietatem habent. Necesse est patiens ⁊ faciens genere quidē simile eē ⁊ idez: specie autez dissimile ⁊ contrariuz. ¶ Innatuz est eniz corpus a corpore: sapor a sapore: color aūt a colore pati. Uniuersal'r aūt homogeneos ab homogeneo.

¶ Huius autez causa quoniā contraria in eodez 51.
genere omnia. faciunt aūt ⁊ patiuntur cōtraria abinuicez. ¶ Quapropter necesse est qual'r quidem esse eadē faciens ⁊ patiens: qualiter autez altera ⁊ dissimilia abinuicē. Quoniā aūt faciēs ⁊ patiens genere quidē eadē ⁊ similia sunt: specie autē dissimilia. Talia aūt contraria. Manifestum quoniaz actiua ⁊ passiua sibiinuicē sunt ⁊ contraria ⁊ media. ¶ Etenī vniuersaliter generatio ⁊ corruptio in his ⁊ ex his. Et ideo rationabile iam ignē calefacere: ⁊ frigiduz infrigidare. Cōtraria enī hec sūt: ideo ⁊ actiua ⁊ pas-

sua. Et vniuersaliter faciens assimilare sibiipsi patiens. faciens enim ⁊ patiens contraria sunt ⁊ generatio in contrarium. Quapropter necesse est in faciens patiens transmutari. Sic enim generatio in contrarium erit.

¶ Ponit opinionē ꝓpriā. ⁊ circa hoc duo fac. q2 p̄mo ponit eā. scd̄o redit iteruz super opiones antiquoꝝ ostendēdo ꝙ in parte bene dixerūt ⁊ in parte errauerunt ⁊ cām erroris ipsoꝝ ibi. (Et ƀm rōnem nō eadez dicētes.) ¶ Dicit g̊. ꝙ q2 nō q̄cūq3 apta nata sunt agere ⁊ pati adinuicē: s3 soluz illa que sunt cōtraria vel habēt contrarietatez necesse est ꝙ agēs ⁊ patiēs in genere sint idez ⁊ similia ⁊ diuersa spē ⁊ cōtraria: ⁊ nō sumitur hic genus logice: q2 hoc mō alia corpora eēnt eiusdē generis: s3 sumitur genꝰ nāliter: ⁊ hoc modo oīa q̄ cōicant in mā sunt eiusdē generis. ¶ Q2 autē actiua ⁊ passiua sint talia dupl'r ꝓbat. p̄mo p inductionē dicēs ꝙ agēs ⁊ patiēs esse eiusdē generis ⁊ diuersa spē p3 īducendo in singulis. corpus enim natuz est pati a corpore: qd̄ ē eiusdē generis in substātia. si tamē cōicēt. qd̄ dico ꝓpter corpora celestia que nō habent eandē mām cū īferioribus. Sapor aūt natꝰ est pati a sapore: ⁊ color a colore que sunt eiusdē generis in qualitate. ⁊ vniuersal'r res eiusdē generis ab homogeneos. i. a rebus nālibus eiusdez gnīs. ¶ Scd̄o ibi. (Dꝰ aūt causa.) Ostēdit idem sil'r. sic. quecūq3 agunt ⁊ patiuntur adinuicē sunt: ꝯ̄ria aūt sunt in eodē genere: vt ꝓbatur in. io. meta. ergo actiua ⁊ passiua sunt in eodez genere. ¶ Et ideo necesse est ip̄a eē qual'r. i. quodāmodo esse sil'ia. q2 eadē ⁊ similia genere ⁊ qual'r. i. quodāmodo altera ⁊ dissimilia specie: vt dixerūt antiqui. hāc aūt rōnē cōuertit de cōclusione faciēs alterā premissarū hoc modo. hāc rōnem illa que sunt similia in gn̄e ⁊ diuersa specie sunt cōtraria. s3 actiua ⁊ passiua sunt talia. g̊ sunt cōtraria: ⁊ ēt ipsoꝝ media que ad extrema comparata quodāmodo cōtrariant̄. si ergo ƀm istā viam poterit esse generatio ⁊ corruptio ꝙ fiunt soluz per cōtraria: sic ēt ignis poterit calefacere: ⁊ frīduz īfrigidare: ⁊ vniuersal'r faciēs poterit sibi assimilare patiēs: cū habeat vnum cōmune subm̄ susceptiuum cōtrarioꝝ. faciēs enī ⁊ patiēs sunt ꝯ̄ria: ⁊ faciēs poterit trāsmutari in patiens ⁊ ecōuerso. sic. n. fit gnō ⁊ corruptio. s. de ꝯ̄rio in cōtrarium. ¶ Deinde cum dicit.

Oſtendit ꝙ trāſmutatio elemētoꝛum nō pꝛocedit in infinitum. ſi enim hoc ponatur ſequuntur quattuoꝛ īconueniētia: quoꝛum pꝛimum eſt ꝙ in vno elemēto erunt infinite qualitates. Si enim ignis quod eſt quartum elementum mutetur in aliud ꝙ ſit. x. nō reuoluat nec ita ſcꝫ ꝙ nō mutetur in ignem. cum omnis mutatio fiat īter contraria opoꝛtet ꝙ inter. p. ⁊. x. ſit alia cōtrarietas diuerſa a cōtrarietatibus quattuoꝛ elementoꝛuꝫ. quia ipſum quintuꝫ elementuꝫ qō eſt. x. nō ponitur eſſe idem alicui quattuoꝛ elemētoꝛū: ſed cum oīs cōtrarietas ſit ſm̄ qualitates: opꝫ ꝙ aliqua qualitas ſit in igne ſm̄ quā ꝯ̄riatur ipi. x. ⁊ ſit qualitas illa. Et ſimiliter opꝫ ꝙ in ipſoꝝ q̄nto elemēto ſit aliq̄ qualitas illi cōtraria: ⁊ ſit illa q̄litas. f. aut q̄litas: ⁊ nō ſoluꝫ erit in ipſo igne ſed etiaꝫ in omnibus quattuoꝛ elementis: quia omnia poſſunt mutari in ipſuꝫ. x. omnis enim mutatio eſt inter contraria. Et quodlibet inferioꝛum elementorum habebit tres qualitates pꝛimas. vtrum autem ita ſit

elementū nondum est demonstratum: sed tamē manifestum est ꝙ si rursus illud quintū mutetur in aliud: est etiā alia cōtrarietas īter quintū ⁊ sextū diuersa a cōtrarietate oīū īferioꝝ: ⁊ sic oꝫ ꝙ vna alia qualitas insit oībus īferioribus eadē rōne. ℭ Et sic illa quatuor elemēta p̄ora habebūt quattuor qualitates p̄mas. ℭ Et sic addito vno el'to .ū adderet̄ vna q̄litas ⁊ vna ꝯrietas. q̄propter si est sic in corporibus simplicibus el'toꝝ ꝓcedere ī infinitū: in vno ⁊ eodē erunt īfinite cōtrarietates ⁊ īfinite qualitates: et hoc p̄mū est īpossibile. ℭ Scd̄ꝫ īcōueniēs ponit cū dicit. (Si autē hoc). d. ꝙ si hoc est: scꝫ ꝙ sint īfinita el'ta ⁊ īfinite q̄litates: nō erit diffinire nec generare: q2 si aliquod debeat mutari in aliud: oportet ꝙ īfinite qualitates pertranseant: sed cū in infinitis īfinita sint media ⁊ īfinita nō est ꝑtransire: vt dicit̄ in. 8. phy. sequitur ꝙ talia nunq̄ꝫ adinuicē mu-

T.c. 75. tabunt̄. ℭ Tertiū īconueniēs ponit cū dicit. (Amplius aūt id.) ꝙ etiā ꝓximū elemētū nō poterit mutari ī sibi ꝓximū: sicut ignis nunq̄ꝫ transibit in aerē nec ecōuerso: quia in quolibet istoꝝ sunt īfinite qualitates: quas īpossibile est pertrāsire. ℭ Quartū īcōueniēs ponit cū dicit. (Fiunt autē oīa). d. ꝙ oīa īfinita erūt vnū: q2 oēs qualitates el'toꝝ que sunt supra. p. ꝙ est ignis ꝯueniūt etiā īferioribus ⁊ ecōuerso. quoꝝ autē p̄me qualitates sunt eedē: ⁊ ipsa sunt eadē. ergo oīa īfinita erunt vnūquodq̄ꝫ de inferioribus ita ꝙ vnumquodque erit.

37. ℭ Admirabitur aūt aliquis aliquos dicētes plura vno corporum elemēta vt nō trāsmutēt inuicem: sicut Empedocles inquit.

ℭ Postq̄ꝫ philosophus destruxit vnā falsam opinionē de transmutatione elemētoꝝ: hic destruit aliam: que fuit opinio Emped. qui dixit elemēta nunq̄ꝫ adinuicē transmutari. ⁊ circa hoc duo facit. p̄mo ponit eā. secūdo reprobat ibi (Quomodo cōtingit eis comparabilia:) sicut dixit Empedocles. ℭ Deinde cū dicit.

ℭ Quomodo cōtingit eis dicere cōparabilia elemēta. Sed tñ dicit sic. hec. n. equalia eē omnia.

ℭ Si ergo ꝭm quantum necesse idem aliquid eē existens in omnibus comparabilibus quo mensurantur. V. gratia. si ex aque pugillo erunt pugilli aeris. x. Idem aliquid erant igitur ambo si mensurantur eodem.

ℭ Reprobat opinionē predictā: ⁊ p̄mo per Empe. secundo deducendo ad quandā aliā īconuenientiā que sequitur ad ipsam ibi (Sed neq̄ꝫ augmentatio.) Circa p̄mū sciēdū est ꝙ Empedocles: licꝫ poneret elemēta esse ītransmutabilia: posuit tamē ipsa esse adinuicē cōparabilia. ℭ Ex hoc g̊ sumit Arist. cōtra eū ⁊ est rō talis quecūq̄ꝫ sunt trāsmutabilia: sed sunt comparabilia: sunt comparabilia ꝭm Empe. ergo sunt trāsmutabilia. pōt etiā aliter formari. ⁊ sic si elemēta sunt ītrāsmutabilia nō sunt cōparabilia: sed ꝯsequēs est falsum: ꝭm Emped. ꝙ dicit ea esse cōparabilia. dicebat. n. ea esse equalia. ergo ⁊ antecedēs est falsū. s. ipsa esse ītransmutabilia. ℭ Circa rōnem istam sic ꝓcedit. p̄mo ponit eā per modū questionis. d. ꝙ si elemēta sunt ītrāsmutabilia quomō cōtingit g sint cōparabilia. q. diceret nullo mō: sꝫ tamē Empe. dicit. sic scꝫ ꝙ sunt cōparabilia. dicit enī ea eē equalia. ℭ Scd̄o ibi. (Si g̊ ꝭm q̄ꝫtum.) Probat p̄mā propositionē: scꝫ ꝙ si sunt comparabilia sunt trāsmutabilia. Et q2 comparatio est duplex: scꝫ ꝭm q̄ꝫtitatē ⁊ ꝭm virtutē. p̄mo ꝓbat eā. si sunt cōparabilia ꝭm q̄ꝫtitatē. scd̄o si sunt cōparabilia ꝭm virtutē ibi. (Si aūt nō sic.) ℭ Dicit ergo p̄mo ꝙ si elemēta cōparant̄ ꝭm q̄ꝫtitatem: vt si ex vno pugillo aque fiāt. io. pugilli aeris necessario oportet ꝙ vnum aliqd sit in eis in quo cōueniūt ⁊ in quo mēsurantur: in oībus enim comparabilibus est vnū aliquid quo mensurātur: ⁊ hoc est illud in quo ꝯparantur. cū aūt ex quāta aqua, puta ex vno pugillo aque fiāt. io. pugilli aeris: opꝫ vnā esse mām que sit minoris ⁊ maioris q̄ꝫtitatis sub forma aque ⁊ aeris. Sed quecunq̄ꝫ communicāt in mā transmutantur adinuicē. g̊ el'ta sunt trāsmutabilia. ℭ Deīde cū dic̄.

ℭ Si autem non sint ꝭm quantū cōparabilia: vt quātū ex quanto: sed ꝭm quantū potest. V. g. si pugillus aque equaliter pōt infrigidare ⁊. x. aeris ⁊ sic non ꝭm id quod quantum comparabilia: sed ꝭꝫ id qd̄ possunt aliquid. ℭ Erit ergo ⁊ non quanti mensuram comparare: ⁊ ꝭm potentias ⁊ ꝭm proportiones. V. g. vt hoc calidum: hoc autem album: hoc autem vt hoc significat: in quali quidem simile: in quanto autē equale.

ℭ Inconueniens ergo videbitur si corpora immutabilia entia non proportione comparabilia sed mensura potentiarum: ⁊ ꝙ esse equale calidum aut simile: ignis tantū ⁊ aeris multiplex. Idem enim est plus: quia homogeneos talem habebit rationem.

ℭ Probat eā dato ꝙ elemēta comparant̄ adinuicē ꝭm cōtrarietatē ⁊ virtutem. d. ꝙ si nō sic comparantur adinuicē elementa scilicet ꝭm q̄ꝫtitatem vt q̄ꝫtum fiat q̄ꝫto: sed competerentur ꝭm q̄ꝫtitatē potētie vel virtutis. verbi gratia. si ponatur aer esse frigidus ⁊ querat̄ vtrū tm̄ pōt īfrigidare vnus pugillus aque q̄ꝫtum possunt īfrigidare. io. pugilli aeris. Tūc fiat comparatio ꝭm quātū virtutis: vt quātū possunt: ⁊ nō ꝭm quātitatē dimensionis. h̄ autē cōparatio pōt fieri dupliciter: scꝫ ꝭm similitudinē ⁊ ꝓportionē. Dico autem comparationē fieri ꝭm similitudinem: quādo fit in vna qualitate que est ī diuersis subiectis: q2 similitudo est rerū diuersarū eadē qualitas: ꝭm ꝓportionē autē dicit̄ fieri quādo fit in oppositis siue diuersis qualitatibus in vna habitudine se habētibus ad duo subiecta vel plura. si ergo fiat cōparatio ꝭm qualitatē tunc cōtingit comparare nō q̄ꝫtitatis quidē mēsurā sed potius mensurā que est ꝭm potentias similiū qualitatū ⁊ ꝭm ꝓportionē diuersarū qualitatū. verbi gratia. sicut hoc est calidū: ita hoc est albū. Cū aūt hoc dicimus vt hoc significamus in q̄litate qdē sil'e ⁊ in q̄ꝫtitate eq̄le. si igit̄ fiat ꝯparatio el'toꝝ. nō ꝭm ꝓportionē: sꝫ ꝭm mēsurā potētiaꝝ q̄ est ꝯparatio in q̄litate sicut in calido aut sili. īcōueniēs est si hec ponant̄ īmutabilia el'ta. v̊bi gr̄a. si dicat̄. q̄ꝫtū est calidus ignis tm̄ est calidus aer: q2 idē plus calin cū sit homogeneos. idest vnius generis est minus calido ꝭꝫ ꝙ ea que h̄nt eādē mām dicunt̄ eē vnius generis ⁊ habēt se sicut mā ad subm habebit rel'onem talē sicut comparabile in quāto que ē relatio vnica. ergo ⁊ materia est vna. quorū autē materia est vna sunt adinuicē transmutabilia. falsum est ergo ꝙ dicit Empe. qd̄ elementa nō trāsmutant̄ adinuicē. si qs g̊ diligēter aduertat tota virtus istoꝝ v̊boꝝ est in hoc. ꝙ ea q̄ ꝯparant̄ siue p̄mo modo siue 2°. habēt eādē mā: ⁊ talia nec̄io sunt mutabilia: vt dcm̄ ē. ℭ Sed vr̄ ꝙ istud qd̄ dic̄ p̄hs sit falsū. Cōstat. n. ꝙ q̄ꝫtitas terre ⁊ alioꝝ el'toꝝ ē cōꝑabilis q̄ꝫtitati stellaꝝ. ⁊ tm̄ nō est eadem materia vtrorūq̄ꝫ: vt dicit̄ in. 12. meta. ℭ P. dubitat̄ de alio. nō enī oīa ꝯparabilia adinuicē ꝭm potētiā vel virtutē communicant in materia. ignis enim ⁊ sol sunt comparabiles in calefactiōe ꝭm magis ⁊ minus: ⁊ tamē nō

cōmunicant in mā vt dictū est. ¶ Ad pmū ergo dicēdum est: sm quosdā φ nō loqtur h phs de q̄ntitate sm extensionē sed de q̄ntitate sm substātiā: ⁊ hec significat cū dixit.io. pugillos aeris eē eq̄les vni pugillo aque. sunt eniz equales in mā: q2 tm̄ ibi ē de mā q̄ntū hic. vnde cū cōicēt in mā necessario adinuicē trāsmutant. talis aūt ꝯparatio nō est inter elemēta ⁊ celestia corpora. Uel dōm φ hec ꝯparatio ē sm rarū ⁊ densuz. Nā ꝑ hoc variata mā elemēta ad seinuicē trāsmutant: ⁊ vocant hec ꝯparatio sm q̄ntitatē: q2 rarū ⁊ densuz nō addūt suꝑ ꝑtes mãe qualitatē que eēntialr sit qualitas: sed potius situz in ꝑtibus mãe ad distēsionez per maiorem ⁊ minorem q̄ntitatem. ¶ Ad scdz vero dicendū φ intelligit philosophus de his que cōparantur sm qualitatem vel virtutem vniuoce acceptam in vtroqz. talis aūt non est virtus calefactiua solis ⁊ ignis: ⁊ iō cessat obiectio. ¶ Deinde cuz dicit.



38. Ed neqz augmentatio vtiqz erit scdz Empedoclem: sed sm adiectionem. Igne autem augetur ignis: auget eni puluis propriū genus: ether aūt ethera. Hec autem adiunguntur. Uidentur autē nō sic augeri que augentur.

39. ¶ Multum autē difficilius tradere sm naturaz de generatione. Que autem generantur sm naturam: aut semper: aut vt multum. Ea autez q̄ preter: semper ⁊ multuz: ab euentu ⁊ fortuna. Que igitur causa ab homine hominez aut semper: aut vt multum: ⁊ ex frumento frumentuz: sed non oliuam.

40. ¶ Aut si ita componatur os. Non enim vt contingit cōuenientibus nihil generatur: queadmodū ille inquit: sed ratione aliqua. Que igitur horum causa: non enim ignis aut terra.

41. ¶ Sed tamen neqz amicitia neqz lis. Congregationis enim solū hec. hec autē segregationis causa. ¶ Hec autem est substantia vniuscuiusqz: ꝫ nō solum ⁊ mixtio ⁊ separatio mixtorum: quēadmodum ille inquit. Fortuna enim ad equale nominatur sed non ratio. Est eniz misceri vt cōtingit: natura igitur entium causa est: ita habere ⁊ vniuscuiusqz natura hec de qua nihil dic. Nihil igitur de natura dicit: sed tamen ⁊ bonū est hoc ⁊ optimuz. ¶ Hic autē mixtionē soluz laudat: eteni ⁊ elemēta segregat nō lis: ꝫ amicitia. Que natura deo priora: dei autē ⁊ hec.

¶ Reprobat predictā opinionē deducendo ad alia incōuenientia: ⁊ sunt duo. pmuz est φ hec opinio tollit augmētū: hoc sic ostēdit quia si elemēta non transmutantur: tunc oz qđ vnum addatur alteri: sicut lapis lapidi. hoc autez est q̄dam accumulatio: ⁊ non est augmētū neqz sm eos neqz sꝫ nos: quia oportet qđ id per quod augmentuz fit trāsmutetur in augmentatum neqz etiaz sm eum qui dixit φ illud quod augetur: augetur soluz a suo sili. s. ignis augetur igne ⁊ vnūquodqz qđ augetur: augetur per aliquid sui generis: sicut ether augetur ethere. Talis autē cōgregatio ē eorūdē manētiū in forma. res āt nō sic vident augeri: vt supra pmo ostensuz est. ¶ zm icōueniens ponit ibi. (Multuz autē difficilius.) Et est φ hec opinio tollit gnōnē dicēs: φ multū ⁊ difficilius tradere aliqd de gnōne sm nām si elemēta nō trāsmutant adinuicē. cuz eniz ea q̄ generantur sm naturā generentur: eodē modo semper aut frequenter. ea autē que preter: multū ⁊ semper eni fiūt ⁊ raro fiunt ab euentu ⁊ fortuna. non potest reddi cā quare semꝑ ex homine generetur homo. ⁊ quare semper ex frumento generetur frumentū ⁊ nō oliua. semper eniz generatū est in forma generantis nisi peccatuz nature ꝑpter defectuz fiat. ¶ Si aūt sit: vt dicit Empe. s. φ elemēta nō sint trāsmutabilia equaliter homo potest generari ex hoīe asinus ⁊ homo: q2 vtrūqz eorū nō est nisi cōgregatio elementoꝝ: ⁊ homo generās nō habēs formā nō inducit formā in generato nec conuenit cuz eo in forma aut si os ⁊ caro ita componātur. scz per quādā accumulationē elemētorū cōuenientiū: sicut ille dicit tūc nihil generatur: sed in his que generantur est soluz ratio vel relatio aliqua: nō quidē relatio mixtoꝝ: sed compositoꝝ. ¶ Que igitur est causa istoꝝ φ ex hoīe generet homo semper aut frequēter: ⁊ similr ex frumēto frumētū: ⁊ nō oliua: istoruz eniz causa non pōt esse ignis aut terra: q2 ista sunt cōtraria in qualibet cōpositione. similr nec lis nec amicitia: que Emped. posuit esse duo pncipia mobilia: non possunt esse causa hoꝝ. amicitia eni nō est causa nisi cōgregationis. lis aūt soluz est causa segregationis: sꝫ necessariū horū est forma rei que facit hoīem esse hoīem: ⁊ carnē esse carnē. forma est substātia vniuscuiusqz: ⁊ iō nō solū in re est mixtio. i. compositio congregatoꝝ ⁊ separatio eoꝝ: sicut dicit Empe. sed etiā est forma. In tali ergo cōgregatione ⁊ segregatione narratur ab Empe. fortuna ⁊ nō ratio que est sumpta forma. dicit eniz φ mixtio fit vt cōtingit. i. a casu ⁊ fortuna. cuz tamē nā que est forma sit causa entiuz: quare ita se hꝫ φ ab hoīe semꝑ vel frequēter generat homo: sꝫ de hac forma vel nā nihil dicit Emp̄. cū tm̄ ipsa nā q̄ dr forma sit bonū ⁊ optimū vniuscuiusqz rei. Bonū qdē in se ⁊ optimū in ordīe vniuersi. laudat aūt Emp̄. soluz mixtionē q̄ in rei vītate nō est mixtio: sꝫ soluz q̄dā ꝯpō. q2 φ elemēta segregētur a cōposito in quo sunt saluata. hoc nō facit lis: sꝫ amicitia que vult ea cōgregare ad homogenea. ¶ Et hec elemēta dicit Emped. esse p̄ora deo. i. celo: q2 etiā celum dicebat ex elemētis cōponi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amplius autē de motu dicit simpliciter. Nō 42.
enim sufficit dicere quoniaz amicitia ⁊ lis mouent. Sed non hoc fuit amicitie esse φ motu tali. liti autē φ tali. Oportebat igitur aut determinare aut supponere aut demonstrare aut certe aut molliter aut aliter qualiter.

¶ Amplius autem quoniā videntur ⁊ vi ⁊ pre- 43.
ter naturā moueri corpora: ⁊ sm naturā. Uerbi gratia. ignis quidez superius non vi: inferius autem vi. aut ei qđ sm naturam cōrariuz. Est autē qđ vi. est igit ⁊ sm naturā moueri. ¶ Hāc igit amicitia mouet: aut non. Cōtrarium enim terra superius: ⁊ segregatiōi assimilat: ⁊ magis lis est causa eius qui sm naturā motus q̄z amicitia. Quapropter ⁊ vniuersaliter preter naturā amicitia erit magis. ¶ Simpliciter aūt nisi amicitia ⁊ lis moueat eoꝝ corpoꝝ nullus motus est neqz mora. Sed inconueniens.

¶ Amplius autē ⁊ videntur mota: segregat eni 44.
quidē lis. ductus est autē superius ether non aliter: sed quandoqz inquit vt a fortuna. Sic eniz

constituit currēs tunc:multotiens autē aliter. ¶ Quādoq₃ quidē inquit innatum esse ignē superius agi. Ether autē igrediebat̄ terre profundas radices. ¶ Similiter autē ꝛ mundū sic habere inquit in lite nunc ꝛ prius in amicitia quid igitur est quod mouet primū ꝛ causa motus. Non enim amicitia: ꝛ lis:sed cuiusdā hec causa:si vtiq₃ est illud principium.

¶ Hic destruit opinionē Emped. de p̄ncipijs mouentibus per tres rōnes. quarū p̄mā ponit dicēs: ꝙ Emped. locutus fuit isufficiēter de motu. Non eni sufficit simpliciter dicere ꝙ amicitia ꝛ lis sunt p̄ncipia mouētia nisi forte esse ipsius amicitie.i. de natura sua habet vt causet.i. motū talē: sꝫ quia hec non est certa:oportebat ꝙ hoc determinaret aut certitudinal'r per cām ꝓpriā aut mobil'r:sic per cām nō cōuertibilē siue remotā:aut al'r q̄l'r sic per probabiles rōnes vel per inductiōes vel exemplū:sed Emped. nihil horum facit:ꝛ ideo simpl'r ꝛ isufficienter dixit. Scd̄ā rōnē ponit ibi.(Amplius aūt qm̄) Et ē talis. corp̄a nālia mouent̄ violenter ꝛ p̄ter nāz: ꝛ mouent̄ ꝑm nām. v̄. grā. ignis mouetur sursū nō violētia sed nā. deorsū aut violenter. Qđ aūt est violenter est cōtrariū ei qđ est ꝑm naturā. videmus enī corpora moueri per violētiā. ergo mouētur ꝑm naturā. Cōtraria enī habēt fieri circa idē. Queramus enī ab Emp̄. vtrū motus amicitie sit naturalis vel violētus:terrā enī moueri superius:sicut ꝛ ignē inferius est cōtra naturā. hoc autē qđ est ꝯtra naturā assimilatur cuidā segregationi. cōtra tamē sic. elemēta cōgregentur:q2 nisi ignis descēdat et terra ascēdat nō cōgregabuntur elemēta. cū ergo cōgregare sit effectus amicitie ꝑm Emped. motus amicitie est violentus ꝛ segregationi sil'is:ꝛ lis magna est causa motus naturalis q̄₃ amicitia est impossibile ꝑm euꝫ:ꝛ ideo impossibile est ponere amicitiā ꝛ litē esse p̄ncipia mouentia. Si autē hec nō sunt p̄ncipia mouentia cuꝫ non sint alia p̄ncipia ꝑm Empedo. nullus est motus naturaliū corporuꝫ:nec aliqua quies. habitus enī ꝛ priuatio habent fieri circa idem. hoc autē est manifeste falsū. Tertiā rōnē ponit ibi.(Amplius autē) per quā ostēdit philosophus ꝙ Empedo. sibypsi cōtradicit ꝛ peccat etiā dicens naturalia fieri a casu ꝛ a fortuna. cōtradicit autē sibypsi in hoc ꝙ cū poneret tantum duo principia mouentia:scilicet litē ꝛ amicitiā. posuit tamē quidē motū esse a casu ꝛ a fortuna. vnde dicendo esse tantū duo principia mouentia dicit ea esse causā oīs motus. dicēdo autē aliquē motū esse a casu ꝛ a fortuna dicit illa p̄ncipia nō esse causā omnis motus. dicit enī ꝙ quādo aliquod compositū corrūpitur:tunc segregātur elemēta que erāt in eo per litē:ꝛ mouetur ignis sursum vt a lite: sed quādoq₃ a fortuna:quia sic casus cōstituit tunc cursum ignis siue etheris. ethera enī dicebat Emped. esse ex igne claro:nō autē semper sursū mouetur ether: sed multotiēs aliter:quia dixit ꝙ aliquādo a fortuna:sicut dictū est ignē ferri sursum. aliquādo autē ingrediebatur ad radices. id est ad cauernas terre:sic apparet in montibus ardentibus ¶ In hoc ergo peccat Empedo. ꝙ naturā casui ꝛ fortune subiacere dicebat. simul autē cum dictis ipossibile dicit ꝙ modus similiter se habet nunc in tēpore litis quādo de cōfuso ꝛ permixto egressa sunt oīa:sicut p̄us se habuit in amicitia:q2 sicut ignis quādoq₃ a fortūa ascēdit ꝛ quādoq₃ descēdit: ita fecit in cōfuso. per casū.n. tūc ascēdit ꝛ per casū descēdit. cū autē casus ꝛ fortuna sint cause per accidēs reducuntur ad per se. quid est ꝙ primo p se mouet ꝛ per se est causa motus. oportet enī causā per se esse prius q̄₃ causa ꝑ accidēs. ¶ Amicitia enī non est causa motus simpliciter sed solū cuiusdā motus:scilicet ꝯgregatiōis ꝛ segregationis. si tamē est ita sicut dicit Emped. ꝙ amicitia vel lis est p̄us mouens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inconueniens autē ꝛ si anima ex elementis: aut vnum aliquod eorum. alterationes enī anime quomodo erunt. Verbi gratia. musicum eē ꝛ rursus si non musicum: aut memoria: aut ꝛ obliuio. Palam autem quoniā siquidē ignis anima:passiones erunt ei quecunq₃ ignis ꝑm ꝙ ignis. Si autem miscibile corporalis. Harum aūt nulla corporalis. Sed de his alterius opus est contemplationis. 45.

¶ Reprobat opinionem Empedo. in hoc ꝙ dicebat aīam componi ex elementis per duas rationes. quarum primā ponit dicens: ꝙ inconueniens est dicere ꝙ anima sit ex elementis omnibus vel ex aliquibus vel ex aliquo eorum:q2 si anima esset elementum aliquod. puta ignis vt quidā dixerunt:vel esse ex elemētis: vt dixerūt alij: tunc alterationes anime quomodo erunt:idest quomodo posset alterari anima proprijs alteratiōibus. quasi dicat, nullo modo. verbi gratia. si anima est elementum vel ex elemētis:quomodo anima habebit habitū musice:ꝛ rursus quomodo mutabitur de musica in priuationem musice:ita ꝙ sit sine musica:nec etiā poterit inutari de memoria in obliuionē vel econuerso:sed potius si anima est ignis quecunq₃ sunt passiones:sed ꝙ ignis ierunt anime:qđ est impossibile. Secūdam rationem ponit ibi.(Si autem miscibilia.) que talis est. si nō sunt miscibilia nisi corpora. vt primo dictum est:ꝛ animarum nulla est corporalis:constat ꝙ anima nō est elementum nec mixta ex elementis: sed de his determinare est opus alterius contēplationis:q2 ꝑtinet ad librū de aīa.



Ex elementis autem ex quibus corpora constituta sunt:in quibus quidem videtur esse aliquid cōmune:aut transmutari inuicem: necesse enim si alterū horum ꝛ alterum contingere. 46. ¶ Quicunq₃ enī non faciunt ex inuicē generationē: neq₃ ex vnaquaq₃:nisi sicut ex pariete lateres incōueniens. Quomodo enī ex illis erūt carnes ꝛ ossa ꝛ aliorū quodcunq₃. ¶ Habet autē quod dicitur questionem ꝛ ex alterutris generantibus. Quomodo generatur ex eis aliud aliquid preter hoc. Dico autē. Verbi gratia. ex igne ē aqua ꝛ ex hac generari ignē. Est enī aliquod cōmune subiectū:si vtiq₃ ꝛ caro ex eis generat̄ ꝛ medulla:hec vtiq₃ generantur quomodo. ¶ Illis quidē enī qui dicunt:vt Empe. quis erit modus. Necesse enī est compositione esse: sicut ex lapidib⁹ ꝛ laterib⁹ paries. Mixtura vtiq₃ h̄ saluatis vtiq₃ erit elētis:sꝫ parua aūt adiuicē ꝯpositis. Ita vtiq₃ caro ꝛ alioꝝ vnūquodq₃.

¶ Contingit itaq₃ non ex quacūq₃ parte carnis generari ignem ꝛ aquam. Sed quemadmodū ex cera generatur vtiq₃ ex hac quidē parte spera:pyramida autem ex aliqua alia. Sed contingebat ex alterutro alterutrū generari. Hec quidē igitur hoc generant̄ modo ex carne:ex quo- 47.

libet ambo. Eis autē qui illomodo dicunt non contingit: ſ; vt ex pariete lapis ⁊ lateres: alterutruz ex alio loco ⁊ parte.

48. ¶ Similiter autem ⁊ facientibus vnam eorum materiam habet aliquam questionem quomodo erit aliquid ex ambobus. Uerbi gratia ex calido ⁊ frigido: aut ex igne ⁊ aqua. Si eni eſt caro ex ambobus: ⁊ neutrum eorū. Neq; rurſus compoſitio ſaluatorū: quid relinquitur niſi materiaz eſſe quod ex illis. Alterius eni corruptio: aut alterum facit: aut materiam.

¶ Poſtq̄ phs determinauit de generatiōe elementoꝝ hic determinat de generatione compoſitoꝝ ex elemētis. ⁊ circa hoc duo facit. pmo determinat de generatiōe compoſitoꝝ ex elemētis. ſcdo oſtēdit ꝙ ad generationē mixtionis elemēta concurrūt in omnia mixta corpora. ¶ Circa pmū duo facit. pmo arguit ad oſtendendū ꝙ nō poſſit eſſe verꝰ modus generationis mixtoꝝ. ſcdo determinat veritatem ibi. (Quapropter quādo.) Circa pmuz conſiderandu; eſt ꝙ ſicut ſupra poſuit duplex eſt opinio de elemētis. quedā eſt vera. ſcz ꝙ elemēta ex quibus ſunt corpora ꝯſtituta habēt aliquid cōmune: qḋ eſt vna materia. Similiter neceſſe eſt dicere ꝙ. ſ. elemēta trāſmutant̄ adinuicē neceſſe eſt ꝙ habeāt vnā cōmunez materiā: que dicitur vna ab vnitate potentie que eſt in ea: ⁊ eſt potentia ad formā: cu; ſemp habeat potētiā ad omnes formas elemētoꝝ: neceſſe eſt ipſaz compleri per ſucceſſionē motus in omnes formas: ⁊ ſic neceſſe eſt ꝙ de vna forma ad aliam trāſmutetur ⁊ hāc opionem pmo ponit. Secūda opinio fuit Emped. qui dixit elemēta eſſe intrāſmutabilia ⁊ hanc innuit ibi. (Quicūq;. n.) Et diuiditur in quattuor partes. in pma oſtendit ꝙ ſm opinionē Empedoclis nō poteſt dari verus modus generationis mixtoꝝ. dicit. n. ꝙ qdā ſunt qui dicunt elemēta nō adinuicem generari. illi etiā nō dicunt ꝙ vnūqḋq; elemētū fiat ex qualibet parte corporis mixti: ſed dicūt ꝙ elemēta fiūt ex corpore ſicut lapides ⁊ lateres ex pariete: ſed hoc eſt icōueniēs. ¶ Non eniz poſſunt dicere quomō ex elemētis ſic compoſitis nō vere mixtis ſint carnes ⁊ oſſa ⁊ vnūquodq; alioꝝ corpoꝝ mixtoꝝ. ¶ Si eniz componant̄ ⁊ cōgregentur elemēta ī vnū remanētibus formis ⁊ operibus ſuis: ſic ignis in vna parte cōpoſiti erit adurens: ⁊ aqua fluēs: terra īcontinua: aer expirās. ſilr ignis nō ligatus euolabit ſurſuz terra aūt deſcendet deorſu;: ⁊ ſic nunq̄ conſtabit vt faciat oſſa ⁊ carnes ⁊ hꝰ. ¶ Scdo ibi (Habz aūt qḋ dicit̄ qōnē) oſtēdit ꝙ etiā ſm ipſam opinionē eſt dubiū quomō ex elemētis generent̄ ꝯpoſita. d. ꝙ l; pma opinio ſit vera que dicit elemēta in alterutrū trāſmutari. tamē ſm ipſaz eſt dubium quomō ex elemētis pōt generari aliquid. preter ipſa elemēta eniz adinuicē generant̄ ſicut aqua ex igne ⁊ ex aq̄ ignis: ⁊ ſimiliter eſt de alijs: ⁊ hoc ideo q2 h; vnū cōe ſubm vt dictū eſt: ſ; ēt ex eis gnātur caro ⁊ medula ⁊ alia mixta corpora: ſed quomō fiat hoꝝ generatio adhuc eſt dubium. ¶ Tertiuz ibi. (Illis quidē eniz.) Redit iterum ſuper ſecundā queſtionē vt melius oſtēdat quomō ex ipa non pōt dari verus modus generatiōis. d. ꝙ illi qui dicūt: ſic Emp. dicit. nō poſſunt aſſignare modū quomō corpora mixta cōponant̄ ex elemētis. nec̄e eſt. n. ſm eos ꝙ cōpoſitio elemētoꝝ nō ſit quedā mixtura talis qualis eſt mixtura lapidis in pariete. dicūt eniz ꝙ elemēta ſaluantur in mixto ſm formas ſubſtantiales ⁊ actus ſuos: ⁊ talis cōpoſitio eſt ſm partes minimas: qḋ eſt inconueniēs: q2 qḋ vni eſt mixtu;. puta male videnti: qui non diſcernit iter partem ⁊ partem. alteri. ſ. bene videnti videbitur nō eſſe mixtu;: ⁊ ſic idem eſſet mixtū ⁊ nō mixtu;. Adhuc etiā ſequitur aliud icōueniēs q2 ſ; iſtos nō ex quacūq; parte carnis generabit̄ quodlib; elemētu;: ſed ex vna parte vnu; ⁊ ex alia parte aliud ſicut ſi ex vna parte cere fiat ſpera: ex alia parte fiat figura pyramidalis. hoc autē patet eſſe falſu; per ea q̄ dicta ſunt ſupra capitulo de mixtione. ſed ſicut in vnaquaq; parte cere pōt quelibet figura formari: ita ex qualib; parte mixti per reſolutionē poteſt quodlib; elemētū generari. hec ergo ambo elemēta. ſcz ignis ⁊ terra ⁊ etia; alia generātur ex qualibet carne: ideſt ex qualibet parte carnis: ſed illi qui dicūt ſicut Emped. ſcilicet elementa eſſe intranſmutabilia non poſſunt hoc dicere: ſed ſicut ex diuerſis partibꝰ ⁊ locis ipſius parietis tolluntur diuerſi lapides: ita ex diuerſis partibus ⁊ locis ipſius mixti diuerſa elementa oportet eos dicere generari: ita ꝙ ignis ab vno loco ⁊ parte ⁊ aer ex alia. ¶ Quarto ibi. (Similiter autem facientibus.) ¶ Opponit contra ipſam opinionem dicens: ꝙ etiam ponentibus elementa habere vnam materiam ⁊ eſſe trāſmutabilia ſequuntur inconuenientia: ſi dicatur aliquid generari ex elementis. habet eniz queſtionem ⁊ dubium quomodo generabitur aliquid ex ambobus: ſicut ex calido et frigido aut igne ⁊ aqua. Si enim caro eſt ex ambobus ⁊ neutrum eorum eſt ipſa caro: nec etia; ſaluantur ipa elemēta: quia aliter nō eſſet mixtio: relinquitur niſi materia: qḋ eſt impoſſibile. ſi autem remaneat alterum: ⁊ alterum corrumpatur. tunc eſt corruptio vnius ⁊ generatio alterꝰ: quia corrupto vno aut generatur alterū aut remanet pura materia. quomodo ergo fiat ex eis gnō dubiū eſt. ¶ Deide cu; dic̄.

¶ Quapropter ⁊ quoniā eſt ⁊ magis ⁊ minus calidum ⁊ frigidu;: quando quidem eſt ſimpliciter alterum actu: potentia alterum erit. Quādo autem non omnino. Sed vt quidem ens calidum: ⁊ frigidum: vt autem frigidum calidu;. Quia que miſcentur corrūpunt intētiones adinuice;. Tunc neq; materia erit: neq; illoꝝ cōtrariorū alterutrū actu ſimpliciter: ſed mediu;.

¶ Secūdum id vero quod eſt potentia magis calidum: aut frigidum: vel contrarie alterutrū: ſm hanc rationem: ⁊ ratione dupliciter calidū potentia q̄ frigidum. vel tripliciter: vel ſm aliū talem modum. Erunt vtiq; mixta alia ex cōtrarijs: aut ex elementis. ¶ Et alia elementa ex illis potentia qualiter entibus. Non ita vero vt materia: ſed ſecundum predictum modum. Et erit ita quide; mixtio. Illo vero modo materia ſm ꝙ generatur.

¶ Determinat veritatem. ⁊ circa hoc duo facit. primo oſtēdit modū generationis in vniuerſali. ſecundo magis in ſpeciali contrahendo ipſum ad mixtionem elementorum in conſtitutione compoſiti ibi. (Quoniam autem patiūtur.) primo ergo relicta prima opinione tanq̄ falſa ⁊ impoſſibili. ⁊ ſuppoſita prima ponit verum modum generatiōis corporum mixtorum. ¶ Ad cuius euidentiam premittit duo quorum primum eſt ꝙ differentie elementorum ſunt contrarie: ſcilicet calidum ⁊ frigidum ⁊ huius. ⁊ ſuſcipiunt magis ⁊ minus. Secundum eſt ꝙ quādo alterū elemētū fuerit ſimplr actu ⁊ alterū ſimplr in potētia fuerit: tūc nō pōt eſſe mixtio. ¶ Qn̄ vō vnum nō eſt oīo actu: nec per exceſſum pdominat̄ alteri elemēto: tūc gnābit̄ quoddā mediū

qȯ nec ē simplr calidū: nec simplr fridū: sed quodāmodo nām pticipās vtriusq̄. Et hoc iō qn̄ elemēta miscenť intētiones siue forme corrūpunť: ⁊ remanēt in vtute: ⁊ tūc illō mediū generatū nō est sic in potentia: sicut mā: nec simplr alter̄ elemētor̄: sed mediū iter ea: qȯ qdē mediū diuersificat: fm q diuersificanť vtutes miscibiliū: si. n. potentia ignis excedet vtutē aq̄ mediū gnātū est magis calidū q̄ frigidū. Et sic fm pportionē vtutis vnius elemēti ad vtutem alterius: vt si in duplo si in triplo excedit caliditas frigiditatē: ⁊ mediū duplr est calidius: Et triplr fm ergo hūc modū erūt mixta ex ꝯrys elemētis: ⁊ per cōpositionez vel mixtionē: ⁊ elemēta erūt ex illis mixtis p resolutionē: ipsa eni mixta sunt potētia: q̄tuor elemēta non qdē sic materia sed sicut dictum est. ¶ ¶ Deīde cū dicit.



Quoniam autē patiunť contraria ꝫ in primis determinationem. Est. n. actu calidum: potentia frigidum ⁊ actu frigidum: potētia calidū. Quapropter si non coequanť transmutanť inuicem. Similiter autem ⁊ in alÿs contrarÿs: ⁊ primo ita elementa trāsmutantur. Ex his autem carnes ⁊ ossa ⁊ que talia. Calido quidem generato frigido: frigido autem calido: quādo ad medium veniūt: hoc enim neutruz. Mediuz enim multa ⁊ non indiuisibile. Similr autē: ⁊ siccū ⁊ humiduz: ⁊ alia talia: fm medietatem faciūt carnem: ⁊ os ⁊ alia.

¶ Cōtrahit modū qui dict̄ est vlr ad ppositum. d. q q̄ oīa ꝯria patiunť adinicē: sicut dictū est p̄us in caplo de actiōe. q̄ qȯ est actu calidū est potētia fridū: ⁊ ecōuerso: si ipsa elemēta nō adequanť potētÿs suis: sed vnū oīo alteri pdomianť: tūc trāsmutanť adiuicē: ⁊ nō fit mixtio: sed corruptio debilioris ⁊ gñatio siue augmētū pdominātis. Et qȯ dcm̄ est de calido ⁊ frido intelligēduz est silr in alÿs ꝯrys. s. sicco ⁊ humido: sed elemēta p̄us seiuicē trāsmutāt in gnātione: potētia vō adequatis potētÿs eor̄ fm qui pportionem generanť quoddā mediū: sicut carnes ⁊ ossa ⁊ hꝰ talia: calido aūt fm aliqd infridato: ⁊ fri. fm aliqd calefacto: quia ī mixto mā vniuscuiusq̄ ꝯry partē capit alterius qn̄ veniūt ad mediū: mediū. n. est ꝯry: mediū aūt illud non est vnius pportionis tātū. s. q semp sit p equalē ꝯrior̄ participationem: neq̄ est indiuisibile. i. nō est vno mō tm̄: sed diuersis modis fm diuersitatē pportionis ꝯrior̄: ⁊ sic est medium iter calidū ⁊ fridū fm multiplicē pportionē ipsor̄: ita etiā intelligēdum iter humidū ⁊ siccū que fm melior̄ diuersitatem quedā aliqua pportione cōueniētia faciūt carnem ⁊ in alia pportione faciūt os: ⁊ in alia faciūt aliam. Quorū cōplexiones varianť: sicut est homo: cuius complexio maxime vicina est tēperamēto: ⁊ leo qui est calide cōplexiōis ⁊ asinus qui est fride cōplexionis. ¶ Deīde cuz dicit.

49. ¶ Omnia enim mixta corpora quecūq̄ circa locum medium sunt ex omnibus composita sunt simplicibus. Terra quidez inest omnibꝰ: quia vnūquodq̄ est maxime ⁊ multuz in proprio loco. Aqua autez: quia oportet terminari quodcūq̄ compositū: sola autem est simpliciuz bene terminabile aqua. Amplius autem ⁊ terra sine humido nō pōt cōmorari. Sed hoc est qȯ continet: si eniz auferatur omnino ex ipsa humidum: decidit vtiq̄. Terra quidē igiť ⁊ aqua propter has insunt causas.

¶ Ostendit q in quolibet mixto sunt oīa elementa. ⁊ pmo per causam. Secūdo per effectū ibi. (Testificari aūt videtur) Circa pmū duo facit. pmo ostēdit q in quolibet mixto est terra ⁊ aqua. Secundo q ignis ⁊ aer. ibi. (Aer aūt.) ¶ Dicit ergo pmo q oīa corpora mixta quecūq̄ sunt circa medium qȯ est terra necessario sunt cōposita ex omnibus simplicibus corporibus que sunt quatuor elementa: ⁊ q in omni corpore mixto sit terra: sicut ostēdit locus ⁊ locatum fm Cōmē. aut esse sunt eiusdē nature: aut pdomianťur natura loci in locato: sed omnia mixta naturalr quiescunt in terra: sicut in loco: ergo oportet q in quolibet mixto sit terra: ⁊ non solū q sicut pdomineť in ipso. Qȯ autem aqua sit in quolibꝫ mixto: pbat ex hoc: quia terra pura nō habet cōtinuationē: nec in ipsa aliqua figura posset consistere: partes autem cuiuslibet mixti: opꝫ esse termiatas. sola aūt aqua vt supradictum est bene terminabilis. Et prima terra ppter naturalē situm qȯ est in ea nullatenus cōmoratur sine humido qȯ est in causa cōtinēte: vnde humiduz qȯ est in ea cōtinet ipsam. Si aūt ex ipsa humidum totaliter auferať. statim decidet ⁊ cōuerteť in puluerē. terra ergo ⁊ aqua ppter dictas causas sunt in corporibus mixtis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Aer aūt ⁊ ignis: qm̄ ꝯria sunt terre ⁊ aq̄. Terra qdē aeri: igni vero aq̄ ꝯtraria est: vt cōtingit substātiam substātie contrariā esse. Quoniam igitur generatiōes ex cōtrarÿs sunt. Insunt aūt altera extrema contrariorum: necesse ⁊ altera inesse. Quapropter in omni composito omnia simplicia erunt.

¶ Primo pbat q in quolibet elemento est aer ⁊ ignis tali rōne terra ⁊ aqua alteranť in mixto: cum aūt vnūquodq̄ miscibilium altereť a suo cōtrario: opꝫ aerem ⁊ ignē esse ī cōposito. nam aer cōtrariať terre ⁊ ignis aque dico elemētum esse cōtrariarū elemēto put ratione qualitatū contingit substantiā esse cōtrariā substātie. Quoniā igiť generationis sunt ex cōtrarys ⁊ in mixtis sunt extrema cōtrariorum. s. fridū siccū: qȯ est terra ⁊ fridū humidū: necesse est reliqua inesse. s. calidum cum sicco: ⁊ calidum cū humido. Quapropter in omni cōposito sunt omnia simplicia corpora. ¶ Deide cuz dicit.

¶ Testificari autem videť ⁊ nutrimentuz vniuscuiusq̄. Omnia quidez enim nutriunť eisdē ex quibus sunt. Omnia enim multis nutriunť. Etenim quecūq̄ videntur vno solo nutriri vt aqua plāte multis nutriunť. Mixta ē eni aque terra: ideo rustici tentāt miscētes irrigare.

¶ Probat idē p effectū: ⁊ diuidit ī ptē pncipalē ⁊ icidētalē. pars icidētalis icipit ibi. (Qm̄ aūt est nutrimētū.) ¶ Dicť ergo pmo q hoc dictū est. s. q oīa mixta cōponanť ex quatuor elemētis testificari: ⁊ approbare videť nutrimētum vniuscuiusq̄. ¶ Nā vnūqȯq̄ nutriť ex eis ex qbus est: ꝫ oīa qdē nutriunť ex mltis elemētis. ergo ex eisdē quatuor elemētis omnia mixta cōsistūt: maioris ppositionis ratio pōt esse: quia nutrimētū trāsmutať in nām nutriti: nō aūt posset trāsmutari: nisi haberet eandē materiā: maiorē vō pbat sumēdo argumētū a minori: minus eni videť q plāte que sunt magis terrestres: nutrianť ex pluribus q̄ alia nutrita. sed iste lꝫ videanť solum nutriri ex aqua nutriuntur: tamē ex oībus: ergo multo magis alia. Qȯ autē plante

nutriant̃ ex omnibus ex hoc videt̃ manifestum est enim ꝙ nutriunt̃ ex terra ⁊ aqua: ⁊ ex agricultura: rustici enim colẽtes plãtas miscẽt terrã cum aqua ad nutrimentũ plãtarum: si autẽ inest terra aqua necesse est esse alia duo extrema. s. aerem ⁊ ignem eadem ratione qua supra. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniã autem est nutrimentum quidez materie. Quod nutritur autem coniunctũ est materie forma ⁊ species: rationabile iam solũ simplicium corpoꝝ nutriri ignem omnium ex inuicem generatoꝝ. Quemadmodũ ⁊ priores dicunt. Solus enim ⁊ maxime est speciei ignis: Quia innatus est ferri ad terminuz. Unũqdq3 autem innatum est ferri in suiipsius regionem. Forma enim ⁊ species in terminis omnium. Quoniam quidez igitur omnia corpora ex oĩbus constituta sunt simplicibus dictum est.

¶ Ostẽdit incidẽter ꝙ inter simplicia corpora solus ignis nutrit̃: non tamen proprie: quia sola vegetabilia ꝓprie nutriunt̃. d. ꝙ quis nutrimẽtũ est sicut mãle respectu nutriti: q2 in suam naturã cõuertit̃. vt dictũ est in caplo de augmẽto: ipsum aũt nutribile est sicut forma ⁊ spẽs ꝯiuncta mãe: rõnale est vt solus ignis ĩter simplicia corpora nutriat̃: eo ꝙ ĩter oĩa elemẽta que adinicẽ generant̃ ignis est magis formalis: qđ p3 ex hoc ꝙ ipse naturalr̃ fert̃ sursum ad terminũ. i. ad circũferentiã orbis q̃ maxime formalis est ĩter oĩa corpora: vnũquodq3. n. natũ est ferri ad suiipsius generationẽ que est cõnaturalis ei: forma aũt ⁊ spẽs oĩuz reruz ĩferioꝝ p̃ter hominẽ est in terminis oĩuz: quia supiora ad ĩferiora se habẽt sicut forma ad mãz. Cum ergo ignis tangat orbẽ lune ꝯstat ꝙ ipse sit cõnãlis orbi in formalitate: Ultimo recapitulat: ⁊ est planuz.

51. 

Quia vero sunt quedaz generabilia ⁊ corruptibilia: ⁊ generatio contingit eis que sunt circa medium locuz dicẽduz de omni generatione simpliciter quot ⁊ que eoruz principia. Facilius enim sic singularia inspiciemus quãdo de vniuersalibus accipiemus prius.

¶ Postq3 ph̃s determinauit de generatione ⁊ corruptione tam simpliciũ q3 cõpositoꝝ ex simplicib⁹: hic determinat de causis siue de p̃ncipijs generatiõis ⁊ corruptiõis eltoꝝ ⁊ mixtoꝝ. Et circa hoc duo facit. p̃mo dat ĩtẽtionẽ. Scd̃o ꝓseq̃t̃ intẽtuz. ibi. (Sũt enim ⁊ numero) ¶ Dicit ergo p̃mo. cum sint quedã gñabilia ⁊ corruptibilia: ⁊ gñatio ⁊ corruptio sit in eis que sunt circa mediũ locum. Dicẽdum est simplr̃ ⁊ vlr̃ de gñatione quot ⁊ que sint eoꝝ p̃ncipia: facilius enĩ in libris ꝑticularib⁹ ĩspiciemus causas pr̃icipioruz gñationũ: quãdo causas vlis gñatiõis accepimus. Cursus enĩ ab vlibus ad particularia ẽ maior ⁊ vlior via ĩ natura. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt enim ⁊ numero equalia ⁊ genere eadẽ principia que in sempiternis ⁊ in primis. Hoc quidez eniz ẽst vt materia: hoc autez vt forma. Op3 autem ⁊ adhuc tertiuz existere: non eniz sufficientia ad generãduz duo: quẽadmodũ neq3 in primis. Ut materia quidem in generabilibus: quod possibile est esse ⁊ nõ esse causa. Hec quidẽ enim ex necessitate sunt vt eterna: horuz autem hec quidez impossibile non esse: hoc autem impossibile esse: q2 nõ contingit circa necessarium aliter se habere. Quedã vero possibile esse ⁊ non esse: quod est generabile ⁊ corruptibile. Quãdoq3 quidem enim hoc est: quãdoq3 autẽ non est hoc. Quapropter necessarium generationẽ ⁊ corruptionem circa possibile esse ⁊ non esse. Ideoq3 vt mã quidẽ hec causa est generabilibus: vt aũt cuius gratia forma ⁊ spẽs: hec aũt est ratio vniuscuiusq3 substãtie.

¶ Op3 aũt adesse ⁊ tertiũ: qđ oẽs q̃dẽ somniãt: dicit autem nullus. 52.

¶ Prosequit̃ intẽtũ: ⁊ circa hoc tria facit. p̃mo ponit opionem suã de pr̃icipijs. Secũdo opiones alioꝝ. ibi. (Sed hi quidẽ sufficiẽter) Tertio ĩq̃rit spãlr̃ ⁊ sufficiẽter de p̃ncipio mouẽte. ibi. (Nobis aũt) ¶ Ad euidẽtiã eoꝝ que hic dicunt̃ notãdũ est ꝙ corpoꝝ gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ: quedam sunt pr̃icipia extrĩseca: ⁊ quedã ĩtrĩseca p̃ncipia extrĩseca sunt agẽtia: siue mouẽtia. Et ita se hñt in quodã ordine: q2 quedã sunt ꝓxima: ⁊ quedã remota siue p̃ma: ⁊ p̃ma quidẽ pr̃icipia sũt substãtie separate: quaꝝ supma est de⁹. ⁊ ista sunt eadẽ oĩuz corporaliũ: ⁊ ꝓpter hoc: dixit ph̃us ꝙ corruptibiliũ ⁊ sempiternoꝝ sunt eadez pr̃icipia numero ꝓxima vere nõ sunt eadẽ: quia pr̃icipia corpoꝝ celestium sunt substãtie separate. vt dicit̃ ĩ 2° meta. sed ꝓxima pr̃icipia corruptibiliũ sunt ip̃a corpa celestia. vt dicit ph̃s p̃mo metheo. ⁊ Cõmẽtator: ĩtrĩseca v̾o pr̃icipia sũt mã ⁊ forma. t.c.i. ⁊ ista nõ sunt eadẽ numero corruptibiliũ ⁊ ĩ corruptibiliũ sed sunt eadẽ ꝓm analogiã. q2 nec mã: nec forma corrũpit̃ per se: sed solũ per accidẽs. vt p̃mo physicoꝝ: ⁊ iõ dicit ph̃s ꝙ pr̃icipia corruptibiliũ ⁊ ĩcorruptibiliũ sunt eadẽ principia genere. i. analogia siue ꝓportiõe. hoc ergo p̃misso ꝓcedit ĩ ꝓposito. d. ꝙ pr̃icipioꝝ reruz generabiliũ ⁊ corruptibilium: aliud est materia: aliud est forma: op3 autẽ adesse tertium: quia sicut in sempiternis nõ sufficiũt duo ad motum: sed op3 adesse mouẽs: ita nec in gñationibus sufficiũt ad generationẽ duo: sed op3 adesse tertiũ: qđ est efficiens. Materia v̾o cum sint ens in potẽtia est causa: quare ista ĩferiora possunt esse ⁊ nõ esse: forma v̾o est causa esse tãtuz sed efficiẽs mouet materiam. vt trãsmutet̃ de potẽtia ad actum. ¶ Ad declarationẽ aũt dictoꝝ ponit quãdam diuisionez. d. ꝙ quedã sunt de necessitate ĩesse: sicut sũt eterna: vt corpora celestia que in sua substantia: ⁊ in suis motibus sunt necessaria: ⁊ similr̃ substãtie separate: ⁊ his opponuntur impossibilia adesse. Quedã v̾o sunt possibilia esse ⁊ non esse: ⁊ ista sunt generabilia ⁊ corruptibilia: que q̃nq3 sunt: ⁊ q̃nq3 nõ sunt: ⁊ ideo necessariũ est ꝙ gñatio ⁊ corruptio sint circa corpora talia que possint esse ⁊ nõ esse. Illđ aũt ex quo talis potẽtia adesse ⁊ nõ esse ĩ eis ẽ materia dr̃. sed causa finalis in physicis que est: cuius grã mouẽs mouet est forma ⁊ spẽs: hic. n. est finis mot⁹: ⁊ ĩtentionis nãlis agẽtis: ⁊ hec est rõ diffinitiua vniuscuiusq3 substãtie: sed sicut dictũ est: cum his duobus o3 esse tertiũ p̃ncipiũ: qđ est efficiẽs: qđ oẽs antiq̃ somniauerũt: sed nullus de ip̃o aliq̃d v̾itatis dixit exp̃sse. ¶ Deide cũ dicit. t.c. 82.

¶ Sed hi quidem sufficiẽter existimauerũt causam esse ad generari specierum naturaz: quemadmodum in phedrone socrates. Etenim ille increpans alijs vt nihil dicentib⁹ supponit: q̃m sunt entiuz: hec q̃dem spẽs: hec autẽ participalia specierũ. Et quoniã esse q̃dem vnũquodq3

dicit̃ ƀƺ spēƺ: gn̄ari aūt ƀm̄ susceptionē: ⁊ corrū/pi ƀm eiectioneƺ. Quapropter si hec vera sunt spēs existimāt ex necessitate cās eē gn̄ationis ⁊ corruptiōis. Hi aūt ipsaƺ mãƺ: ab hac. n. motū.

¶ Ponit opiones alioꝝ de ꝑncipijs. ⁊ circa h̄ duo fac. p̊ ponit eas. 2° iprobat eas ibi (Neutri aūt bn̄) Fuerūt aūt due opiones: q̄ꝝ ponit p̄mã. d. ꝙ qdā somniauerūt nãƺ spēꝝ. i. ipsas spēs sepatas q̄s plō appellauit ideas: esse sufficiētem cãƺ ad hoc ꝙ res gn̄arent̃: queadmodū plato in phedrone vbi iducit socratē ad ꝯfirmationē sue opionis. vn̄ dicit ibi ꝙ socrates icrepat alios tanq̄ꝫ dicētes nihil. ¶ Et suppōit ꝙ entiū quedā sunt s̄ube sepate: q̄dā v̊o ꝑticipalia spēꝝ sic mediate: ⁊ ꝙ vnūq̄dq̄ꝫ cōpositū dr̃ esse actu ƀm spēƺ. gn̄ari aūt ƀm illi⁹ spēi susceptionē: ⁊ dr̃ corrūpi ƀm illi⁹ spēi abie/ctionē: dixit. n. spēs reꝝ eē eternas q̄ sunt q̄si q̄daƺ sigilla i/p̄ssa reb⁹ gn̄abilib⁹. Et cuƺ sigillat̃ mã q̄ fit ꝑ illaꝝ ꝑticipa/tionē: tūc res generātur: ⁊ cū eycit̃ forma sigillata mãet q̄/dē ꝑpetua: sƺ destruit̃ idiuiduū ꝑ eiectionē talis forme: q̄/propter si ista ē ideaꝝ nã: vt ipe socrates: ⁊ plato existimāt neċe est ipsas spēs eē cās gn̄atōis ⁊ corruptōis. ꝑ p̄n̄tiā q̄dē gn̄atiōis: ꝑ absentiā v̊o corruptōis. ¶ Scdaƺ opionē ponit ibi (Hi aūt). d. ꝙ alij nō dixerūt p̄mū mouēs eē extrīsecū sic plato: sƺ dixerūt ꝑncipium trãsmutationis mãe eē ip̄aƺ mãƺ: ⁊ ip̄ƺ motuƺ reꝝ eē: ab hac. i. ab ipsa mã disposita ⁊ in formata qualitatibus p̄mis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neutri aūt dicūt bn̄. Si q̄dē. n. sūt cause spēs. Quare nō semꝑ generāt ꝯtinue: sƺ qn̄q̄ꝫ q̄dē: qn̄q̄ꝫ nō: entib⁹: ⁊ spēb⁹ semper: ⁊ participalibus. Amplius aūt in q̄busdā videm⁹ aliā cãƺ enteƺ: sanitatē. n. medicus facit: ⁊ doctrinaƺ doctor: ente ⁊ sanitate ipsa ⁊ doctrina: ⁊ participalib⁹ Sil'r aūt in alijs ƀm potētiā operātis.

¶ Reprobat p̄dictas opiones. ⁊ p̊ p̄mã. 2° scdaƺ ibi. (Si āt mãƺ) p̄mã reprobat duab⁹ rōnib⁹: q̄ꝝ p̄mã ponit. d. ꝙ neutra opio bona est: q2 spēs sepate nō sunt cause sufficiētes generatōis cū mã: q2 si sunt sufficiētes: q̄re nō semꝑ: ⁊ ꝯtinue gn̄ant̃ res: ⁊ nō qn̄q̄ꝫ sic: ⁊ qn̄q̄ꝫ nō. Nō. n. est maior rō: q̄re in vno tꝑe spēs gn̄ent̃ q̄ꝫ in alio. cū ipse spēs ⁊ ꝑticipalia. i. q̄ mãe inate sunt suscipe illas spēs semꝑ ⁊ eodem mō se habeāt: pōt aūt sic rō formari. i. Idē manēs idē semꝑ natū ē facere idem. sed spēs vel ydee semꝑ manent eedē eodem mō. g̊ semꝑ deberēt gn̄are: sed hoc est falsuƺ ꝙ semꝑ generent: q2 q̄dā qn̄q̄ꝫ sunt: ⁊ qn̄q̄ꝫ nō. g̊ ille nō sūt cause gn̄atio/nis ⁊ corruptōis. ¶ Scdaƺ rōnē ponit. ibi (Ampli⁹ āt i qui busdā). d. ꝙ nos videm⁹ ad sensuƺ i q̄busdā: sic in artificia lib⁹ ꝙ neċiū est eē aliq̄d p̄mū mouēs p̄ter spēs: vt pƺ in ar/tificialibus: medicus. n. facit sanitatē: ⁊ sil'r doctor facit do
T.c. 4. ctrinā: cum tn̄ p̄ter illos ipsa sanitas: ⁊ doctrina sint spēs: ⁊
25° aīa discētis: ⁊ cōplō corpis sint ꝑticipalia: ipsaꝝ spēꝝ. Et si/
me milr est in alijs ƀm potētiā. i. ƀm artē operātis. Dicunt̃. n.
ta. 9/ artes ⁊ scie pōe: vt dr̃. 9. metaphysice: q2 ꝑ artē hō opat̃: ⁊ ꝑ
men sciaƺ ꝯsiderat. cū g̊ ars imitet̃ nãm: ⁊ in arte iueniam⁹ hāc
to. 17 tertiam cãƺ. g̊ in nã est tertia causa. s. mouens p̄ter nãm ⁊ formam. ¶ Deide cuƺ dicit.

53. ¶ Si aūt materiā q̄s inget gn̄are ꝓpter motū naturalius vtiq̄ꝫ dicet ita dicētibus. Alterās. n. ⁊ trãsformās magis cā gn̄ationis: ⁊ in oīb⁹ assueti sumus hoc dicere efficiēs. Sil'r ⁊ in his q̄ natura: ⁊ in his que ab arte. Ab arte autē q̄dcūq̄ꝫ mutans est.

¶ Reprobat scdaƺ opionē: ⁊ circa hoc duo facit. p̊ cōparat eā p̄me opioni. 2° destruit eā. ibi. (Sƺ tn̄ nec hi) ¶ Dicit g̊ p̊ ꝙ si aliq̄s dicat ꝙ mã predicto mō disposita generet ꝓꝑ motū quē ipsa mouet magis dicit ƀm nãm q̄ꝫ illi q̄ dicūt spēƺ sepataƺ gn̄are. q2 id q̄d alterat ⁊ trãsformat magis est cā gn̄ationis in physicis: mã aūt ƀm ꝙ dicūt sic in formata vt dictū est alterat ⁊ trãsformat: ⁊ nos ēt ꝯsueti sumus di/cere ꝙ in artib⁹ ⁊ in nã ꝙ hoc est efficiēs q̄d est transmu/tans ⁊ alterās. ¶ Deide cū dicit.

¶ Sed tamen nec hi iuste dicunt: materie enim pati ⁊ moueri: mouere autem ⁊ facere alterius potētie. Manifestū aūt ⁊ in his que arte ⁊ na/tura gn̄ant̃. Nō. n. ipsa facit aq̄ ex seipsa aīal: neq̄ꝫ lignū lectū: sƺ ars. Quocirca ⁊ dicūt nō recte ꝓpter hoc: ⁊ qm̄ reliquūt pricipaliorē cãƺ. Auferūt eni q̄d est esse ⁊ formã.

¶ Amplius aūt ⁊ potētias attribuūt corpori: ꝑꝑ q̄s generāt valde organice: auferētes eā que ƀƺ spēƺ cãƺ. Qm̄. n. inatū est vt inquiūt calidū q̄dē segregare: fridū aūt ꝯgregare: ⁊ alioꝝ vnūq̄dq̄ƺ hoc q̄dē facere: hoc aūt pati. Ex his dicunt ⁊ ꝑ hec oīa alia generari ⁊ corrumpi. Videt̃ aūt ⁊ ignis ipse motus pati. 54.

¶ Amplius v̊o sil'e aliq̄d faciūt. vt siq̄s serre ⁊ vnicuiq̄ƺ istrumētoꝝ attribuit cãm coꝝ q̄ generant̃. Neċe. n. serrāte diuidi: ⁊ icidēte coequari: ⁊ in alijs sil'r. Quocirca si q̄dē maxime facit ⁊ mouet ignis: sƺ quō mouet nō vidēt: quoniaƺ deterius q̄ꝫ organa. 55.

